σὺν θεῷ

CL. GALENI PERGAMENI

OPERVM OMNIVM LATINE PROPEDIEM edendorum specimen.

EX IOAN. LALAMANTII recognitione, & castigatione Græci codicis locis innumerabilibus.

EIVSDEM LALAMANTII DE PTISANA SVI temporis libellus.

Quæ hoc libro continentur, sequens pagella docebit.



GENEVÆ,
Apud Petrum Santandreanum.

M. D. LXXIX.

CL. GALENI
Pergameni

Item & *Joannis Lalamantij de ptisana sui temporis libellus.*

Emendata infinitis locis per eundem Lalamantium versio Latina, & adhæc litera Græca ad librorum calcem restituta.

D. SIMONI PIETRO MEDICO APVD Parisienses clarissimo, amico suo singulari, Io. Lalamantius S.P.

ETSI, mi Pietre, scio Caleni omnia Graeca quae quidem extant opera à viris cùm doctis tum vtraque lingua perpolitis appositè ita esse in Latinum sermonem conuersa, vt vix quisquam melius conuerti illa posse arbitraretur, tamen quũ eorum versionem exactiori aliquando trutina examinare & Graeca cum Latinis conferre in animum meum induxissem, comperi eorum quemque (pace id mihi liceat tantorum virorum dixisse) quosdam locos obscurius, quosdam etiam longè

aliter ac litera Graeca haberet, trãstulisse. Cuius rei culpã nõ tã in ipsos scientissimos alioqui viros & de re medica bene meritos, quàm in deprauatos codices Graecos semper reijciendam esse putaui. Adeò enim mendosus esse & Venetianus & Basiliensis codex (nam nullibi alibi Galenum cusum esse Graecè audio) deprehenditur, & tantis vterque maculis deturpatus, vix vt lineã vnam, ne dicam paginã, reperias, quae emendationis non egeat. Ea res, mihi crede, mi Pietre, me Galeni, si quis alius, studiosissimum diutius habuit malè, & pessimè etiam vssit, exsuscitauítque tandem aliquando animum meũ, & stimulos addidit ad eos errores detegendos & euerrendos, qui in eius opera inuasissent. Dolebam quippe ex innumeris aliis Graecis authoribus hũc ferè solum neglectum iacere: paucósque adeò è tam multis clarentibus & literis Graecis non leuiter tinctis medicis, quos

Europa alit reperiri, qui id stabulum repurgandum vltro suscipere instituissent. Quanquam non eram nescius Fuschium, Andream Lacunam, & aliquot alios haud incelebres medicos in id studium incubuisse. Sed quotam, bone Deus, illi partē attigerunt? Nam si vel millesimam attigissent, hoc perimmenso mihi labore supersedendum iudicauissem. Nunc quoniam tantillam illi partem aggressi sunt, etsi me vnum è multis esse, miniméque ad hoc negotium accomodatum intelligerem, propterea quòd non tantos in Graecis literis profectus, quantos vellem, fecissem: nihil tamen mihi fuit potius, quàm vt, quod semel susceperam, præstarem: hoc est, vt codices ambos Græcos, & tam recentem quàm veterē interpretem, qui tertij exemplaris vicem suppleuerunt, inter se componerem: atque sic locos obscuriores quidem, quantum in me esset, dilucidiores: morbidos verò saniores

res redderem. Porrò ex horum codicum collatione Græca infinitis locis emendatiora reddidi, & de bonis Græcis meliora Latina facere sategi. Id verò an præstiterim, cum tibi, mi Pierre, tum candido etiam cuiuis lectori malo diiudicandum relinquere, quàm mihi assentari. Sed quò tu mediciq́ue Parisienses collegæ tui longè doctiss. (quibus hoc quicquid est quod ad te mitto communicaturum confido, & id vt facias abs te etiam atque etiam peto) certius de hoc meo temerario incepto iudicium ferretis, è quatuor totis primis Galeni à me decursis voluminibus (quintum aliquando Dei benignitate sum absoluturus) hos quinque libellos de titulo ipso manifestos tersè exscriptos selegi, ac mittendos tibi duxi, vt sint μνημόσυνον & testimonium meæ erga te obseruantiæ, & eius amicitiæ quæ Lutetiæ, dum vnà olim in scholis Cardinalitiis Iuuenta moderaremur,

remur, inter nos cōciliata ad hunc vsque diem durauit. Iidem etiam libri vsuram pendent diuturnæ intermißionis literarum, quæ effecisse potuit, vt me tui immemorem esse persuaderi posses. Membratim verò tantum opus dispartire volui, vt si digni luce hi quinque libri cùm abs te tum à doctißimis tuis collegis iudicabuntur, & typographi, qui hos excudat, facilior copia sit: & reliqui expetantur auidius: sin indigni fuerint iudicati qui in hominum manus veniāt, blattis & tineis erodendi demandentur. Hos igitur vngues habeto & lustrato diligenter Illustriss. medicorum Parisiens. Senatus: iudicatóque leonis an simiæ animalis ridiculi vnguis existat. Quòd si leonis vnguem, hoc verò est, si opus generosum esse & luce dignum, dijudicauerit, & ad reliqua etiam pari lima limanda fuerit adhortatus, quod in manibus est non grauatè reipubl. impartiar & di-

cabo. Neque verò me, etsi sexagesimum quartum ætatis annum ago, de ponte deiici postulabo, sed lubens quod mihi Dei munere concessum est talentum negotiabor. Et neque me quidem prius conquiescere certũ est, quàm quod semel suscepi ad vmbilicum perduxero, dum per sanitatẽ & integras corporis vires licet. Ea enim sum, Dei Opt. Max. benignitate & munificentia, corporis temperie, vt ab annis quadraginta neque grabbato detẽtus decubuerim, neq; vllo omnino morbo, q vel horas quatuor afflixerit, correptus fuerim. Sed hac etiam ætate vegetus & alacer sine specillis aßiduè lucubro, ægrotis aßideo, & quod mei muneris est sincerè &, vt virum bonũ decet, obeo. Sed laus sit Domino nostro Iesu Christo, in quo bene vale, mi Pietre, & me DD. Io. Cuillemino & G. Capello, cæterísq; communibus nostrum amborum amicis commendatum habeto. Heduæ, ex Musæo meo, Calend. Septemb. 1578.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ἈΡΙΣΤΗΣ κατασκευῆς τοῦ σώματος ἡμῶν.

De optima corporis nostri constitutione.

Hic liber habetur primo Græco tomo Basiliensi, fol. 247.
Tomo primo Asulani Venetiani, fol. 252.
In veteri interprete tomo primo.
In codicibus Latinè à Frellonio Lugduni cusis anno 1550. Ferdinando Balamio interprete habetur tomo primo, pagina 138.

QVAENAM est optima corporis nostri constitutio? Núnnam ea, quæ vt multis cùm medicis tum philosophis placuit, temperatissima est? An eam quæ optima sit temperatissimam esse: non eam tamen quæ temperatissima sit, necessariò etiam optimam esse necessum est? Siquidem partium corporis nostri similarium sanitas est, calidi, frigidi, sicci & humidi moderata temperatio. Compositarum verò [& organicarum sanitas] est, ex his omnibus [similaribus proba] animalis cõformatio in si-

tu,magnitudine, figura & numero. Et verò fieri posse videtur,vt corpus quodpiam,quod ex pluribus partibus temperatis sit compositum,in earum tamē partiū magnitudine,numero, conformatione aut in mutua inter se coordinatione sit vitiatum : de his igitur omnibus verba facere deinceps tentādum est,à nominibus quibus necessariò in hoc libello vtemur auspicando : quandoquidem plerique de ipsis cōtrouersias mouent.Nam alii optimam corporis constitutionem,alii dispositionem: alii habitudinem : alii habitum constantem & difficulter mobilem , alii corporis naturam appellitant:rati licere eam, quo cuique nomini visum fuerit,appellitare.Equidem illud(rem scilicet quanuis)vt cuiuis visum fuerit,interpretari & nominare minimè reprehendam. at verò , quemquam alias aliorum appellationes cauillari & reprehendere, id inquam probare minimè possum : iudicans ipsarum rerum quæ tractantur maiorem multò curam & potiorem haberi oportere , quàm nominum. Siue igitur quis optimam corporis constitutionem , dispositionem

nominet,siue habitũ,siue habitum permanentem, siue alio quouis modo nominare voluerit.Si quis item re ita constituta &deliberata à communi & omnibus confessa notione auspicatus,tum progrediẽs ad essentiæ inuentionẽ ordine quodam ac methodo disquisitionem faciat, hunc equidem magis admirer & laudem, quàm si industrius & solers in nominibus imponendis esse videatur.Ita igitur & nos faciamus, eámque insistamus viam, à communi nimirum (rei propositæ) notione exordiẽtes, quã vbi definierimus,tum ad id quod deinceps cõsiderandũ venit,progrediamur. Quænam est igitur omnib. 2
hominibus cõmunis de optima corporis constitutione opinio & notio? Audire siquidem est ipsos non eadem pariter locutione vtentes, licet omnes vnam eandémque rem intelligant & animo cõcipiant. Corpus quidem quod vt optima sanitate ita & habitudine etiam fruitur, omnes quidem vno ore pariter laudant, & in vnam eandémque rem collimantes vtrique(tam hi dico qui hoc,quàm qui illud)& ei ipsi rei mentem adiicientes: sed neque tamen distin-

mētē adiiciētes:sed neque tamē distinctè illā ipsam rē animo concipiêntes, neque explicare apertè sciētes. Omnes siquidē omniū corporis partiū actiones validas habere expetunt, ac nō facilè à morbosis causis opprimi. Horum amborū hoc quidē quod cōsistit in actionib. secundū naturam, sanitas est: illud verò quod cū validis viribus fit, bona habitudo: morbis verò nō ita facilè corripi, cōmune ambobus est. Quo fit vt bona habitudo omniū sit saluberrima constitutio, & quàm homines omnes appetunt. Accidit autē ipsi, vt & omnes actiones inculpátè obeat, eásq. diu firmas nec ita solutu faciles conseruet: qua ratione & meritò quidē euexia, id est, bona habitudo nūcupata est, ipso scilicet habitudinis nomine iam præ se ferēte nescio quid stabile & amotu difficile: imò & id etiam magis præ se ferēte euexiæ nomine, vt quæ optimi cuiusdam habitus nomen existat. Quare optimā corporis constitutionē, siue quæ rectissimè sana sit, siue quæ habilissima, dixerim⁹, haud quaquā aberrauerimus: maximè si ipsā probarum functionum firmitate atque constantia diiudicauerimus. Iā hoc constituto & posito, cōsiderandū deinceps

relinquitur, quænã sit huiusce habitus corporis essẽtia. Inde aũt inuẽtionis prĩcipiũ habuerim⁹, si disquisiuerimus, qualiter affecto corpore optimas actiones obeamus: ad quod vestigãdũ, eorũ quæ in aliis libris sunt demõstrata memoriã refricare oportet, ac primum q̃dẽ eius, quòd ex calido, frigido, sicco & humido cõtẽperata sunt nostra corpora: qua de re in lib. de Elemẽtis secundũ Hippocr. est pertractatũ. Deinde etiã meminisse oportet, diuisa esse partiũ tẽperamẽta: de quib. in libris de Tẽperam. dictũ est. Ab his deinceps etiã tenendũ est & memoria repetendũ, quòd pars quælibet corporis organica vnã habet in se particulã actiõis suæ auctorẽ & causam. Itẽ quòd aliæ partes oẽs totã partẽ organicã integrãtes illius gratia extiterũt: de quib. etiã reb. abũdè in libris de vsu partiũ est pertractatũ. optima igitur ea corporis cõstitutio fuerit, in qua partes oẽs similares (sic autẽ scilicet vocãtur, quæ quoad sensum simplices sunt) propriũ sortitæ sunt temperamentum. Quæ verò organicæ partes ex his sunt compositæ, magnitudine, numero, cõformatione & inter sese coordinatiõe & structura moderatissimè & iusta ꝓportiõe sũt

constitutæ. Quòd igitur hoc ipsum corpus ad vniuersas actiones optimè sit cō stitutum, eóque & omnium aliorum ad patiendum difficillimum, non magno quis negotio deprehendat & adinueniat. Nam quæ pars optimè suam functionem functa erit, suásque probè admodum actiones obierit, ea quidem bonæ & laudabilis partium similarium temperaturæ, organicarum verò moderatæ constructionis germen & soboles fuerit. Ac tale est prædictum modò corpus. Liquet igitur ipsum præ cæteris corporibus præstātissimè suas actiones esse obiturum. Quòd verò non ita facilè afficiatur, sed sit ad patiendū contumax, sic potissimùm didiceris. Offensæ quæ corporibus nostris accidunt, aliæ quidem ab externis causis: aliæ (ab internis, nempe) ab alimenti excrementis proficiscuntur. Et quæ quidem ab externis causis manant, eæ & æstuantibus & perfrigeratis (nobis) vt & humectatis & exsiccatis supramodum accidūt. Ad hoc genus lasitudines, mœrores, vigiliæ, curæ & cætera id genus sunt referenda. Ab alimēti verò excrementis duplices etiam genere offensæ oriū-

3

tur,

tur, quòd & ipſa excrementa duplicia ſunt, alia quidem quantitate, alia qualitate infeſtantia. Specie verò (vtræque noxæ) ſunt diuerſæ. Quòd verò corpus temperatum moderatéque conſtitutũ afficiatur difficulter, id vel ex ipſius bona probáque temperie ſatis eſt manifeſtum: quæ ægrè & difficulter in ſuæ temperiei immoderationem faceſsit: quod planè ab extremis diſtet plurimum. Quinetiam & ex eo quòd idem corpus probè & inculpatè ſuas actiones obit, eatenus ipſum optimè ad ægrè patiendum cõſtitutum ſit, & minimè morbis obnoxium. Accidit quinetiam & eiuſcemodi corpori, vt pariter ſupra alia omnia bene ſucculentum ſit, ſucci dico laudabilis adeò plenum, vt triſtitiam, iram, vigilias, curas, imbrem, æſtum, famem &, vt breuiter dicam, morbificas omnes cauſas aliis omnibus corporibus ferat facilius. Nam cacochyma corpora ab eiuſmodi potiſsimùm cauſis facilius corripiuntur, vt quæ iam & ipſa de ſeſe proximè ad morbos accedant. Atque ita quidem prædicta diſpoſitio à foris occurſantibus & corpus noſtrum offendentib. difficillimè afficitur. Quòd

verò [eadem corporis affectio] ne morbis quidem illis sit obnoxia, qui ab alimenti excrementis [gigni consueuerunt] sic etiam maximè didiceris: si scilicet ratione collegeris in eiusmodi natura nullam neque multitudinem, neque cacochymiam, hoc est, succorum prauorum abundãtiam aut facilè colligi posse, aut verò collectam animalibus vlla in re posse officere. Siquidem tum naturalium inter se actionum symmetria & commoderatio, tum quæ in vnaquaque harum inest facultas, & excrementa gigni prohibet, & genita facilè excernit. Et si quando ipsa diutius immorari contigerit, [nec ita promptè excerni] minimè tamen ab ipsis [eiusmodi natura] vincitur. Nam imbecillibus & intẽperatis naturis accidit, vt à morbosis causis facilè vincantur: temperatis & validis [qualem optimã esse dicebamus] vt diutissimè resistãt. Eius verò optimæ naturæ ceu [in partibus similaribus] temperatæ notas habes in libris de Temperamentis. Eiusdem verò ceu in partibus organicis moderatè etiam habentis notas habes libro de vsu pattium decimo septimo. Et nihilominus

minus tamen etiam nunc ex iis quæ mox dicentur,eorũ recordabere. Quãdoquidem ſanitatem neque anguſtam, neque ſimplicem planè,neque indiuiſibilem rem eſſe, ſed in ſatis magnam latitudinem extendi poſſe in libris de ea inſcriptis oſtendimus, operæpretiũ me facturum exiſtimaui, quò ſtudioſis artis vtilis foret hæc tractatio, non id modò quod de ſeſe rarum eſt ac velut exẽplar quoddã & inſtar regulæ Polycleti,corpus hac oratione effingere:ſed & eorũ etiam corporũ,quę ab illo quadamtenus deficiũt, neque dum tamen iam magno & quod deprehendi poſſit vitio tentantur,mentionem facere. Sic enim nobis potiſſimum continget, & ſimul promptè optimi corporis conſtitutionem (etſi rara eſt eius generatio) dignoſcere: & ſimul alias omnes eorum cum quibus quotidie verſamur, facilè percipere.Nam corpus quod omnib.ſuis partibus ad amuſſim rectè habet, & ita conſtitutum eſt bene, vt neque ſimilarium neque organicarũ partium vllam immoderatiùs habeat affectam,non ita frequenter, ſed ex longioribus temporum interuallis & gigni &

existere solet. Quod verò paulò ab hoc deficit, etiam frequenter videre queas. Quod itaque corpus omnino temperatum est, mollis & duri medium est, hirsuti & glabri, & eius item quod venas latas aut angustas: & pulsus magnos aut paruos habeat. illud verò quod [cum similaribus tum] organicis partibus est temperatum, id vno verbo cõprehensum, qualis Polycleti canon, esse dicebatur. Iam verò corpora quæ iusto sunt, sed non tamen multo supra iustum calidiora: frigidiora verò humidiora & sicciora moderatè: necnon & ea quæ partem aliquam non rectè conformatam habent, ea, inquam, omnia quod moderatum est excedere aliquãdo videantur. Sanè corpus ipso moderato durius, difficilius ab externis omnib. causis: mollius, ab internis afficitur. Sic & densius, difficiliùs ab extrinsecis causis: rariùs ab intrinsecis. Quod igitur ab Hippocrate in libro de Alimento dictum est: Raritas corporis ad perspirationem: quibus plus aufertur, salubrius: quib. minus, insalubrius [degũt.] id, inquam, ab ipso de cibi excrementis dictum est, quæ & ipsa vel ad sanitatem

vel

vel ad morbū[faciunt.]Neq.enim profectò de salubribus aut morbosis corporibus simpliciter in illo libro dicere ipsi propositum est, sed & de omnibus tum commodis tum incommodis,quæ alimenti ratione contingant,verba faciens(quatenus scilicet ad excrementa quæ ex ipso alimento manant, attinet)non abs re salubrium & morbosorum corporum meminit. Nam rarius corpus, quòd ad excrementa attinet, salubrius est:densius,morbosius. Contrà, rarius corpus externis omnibus causis magis est obnoxium, & ab iis facilius afficitur: densius, difficilius. Itaque præter alia commoda corpus temperatum neque rarum neque densum dicere possimus, sed vt aliarum qualitatum quæ exuperant medium,ita & harum. Nam vtrunque eorum quæ exuperant secundum quid exuperat: quod enim densius est, minus ab externis causis:quod rarius, minus ab internis offenditur. At corpus quod exquisitè ab vtrisque causis difficulter offendatur, nullum inuenias: quod verò mediocriter[facilè inuenias.]Illud nēpe est, quod est omnium excessuum

medium: quod & omnium corporum ſaluberrimum eſſe dicimus. Sic & corpus moderato ſiccius ægrius offēditur à cauſis omnibus humectantibus: humidius, ægrius à ſiccantibus. Quapropter, quod & mihi paulò antè quoque dictum eſt, medium [temperie corpus] non eſt planè omnium ad patiendum difficillimū: ſed ſingulis quidem [aliis intemperaturis], vna aliqua re minus [& quadantenus illis difficilius patitur,] ante omnia verò potiſſimum deligendū. Quod autem eiuſmodi mediū [temperie] corpus neque magnū neq. paruum eſſe neceſſe ſit, etiam in libris de Temperamentis dictum eſt: ſed & nihilominus etiam nunc dicetur, quod magnum corpus, à materiæ copia: paruum, à materię ipſius paucitate tale ſit, ſicut ex multo ære, grandis quidem fit ſtatua: ex pauco, parua conflatur. Nihil tamen obſtat, quominus vtrunque [magnum dico & paruum corpus] particulis ſuis ſit commoderatum. Et ſanè corpus, non eo quòd neque denſum inſigniter ſit aut rarum: neque quòd durum aut molle, neque hirſutum aut glabrum, temperatiſſimum eſt quantalibet ſit magnitudine: [ſed

tale eſt, quod ſit temperamento medium.] Quòd ſi corpus idem partium organicarum ſymmetrias & commoderationes, quas inter ſe habent, ſeruauerit, erit profectò tale corpus viſu pulcherrimum, vt quod omnino ſit perfectiſſimè conſtitutum & conformatum. Quòd verò corpus vel maius eſt, quàm deceat, vel minus, duplici de cauſa fit tale: maius quidem vel ob humiditatis, vel ob materiei copiã: minus, vel ob ſiccitatem dominantem, vel ob materiei inopiam. Et incrementum quidem tãdiu durabit, dum oſſa firmum robur fuerint adepta: firmantur autẽ in paruo corpore [citius] vel ob defectũ materiæ, vel ob ariditatem. Quare neque ſimpliciter magnitudo humiditatis, neque paruitas ſiccitatis ſignum eſt. Nam quęlibet res [illa] duplici occaſione maturius aut tardius ab incremento deſiſtit. Sed ſi magnum quidem corpus etiam & molle continuò fuerit, paruum verò durum fuerit, profectò & ſic illud quidem etiam humidum: hoc verò, ſiccum. Sed ſi hæc ſunt inſeparabilia, magnitudinis aut paruitatis rationem habere ſuperuacaneum eſt. Sufficiunt

enim propria temperamẽtorum ſigna. Sed de his pluribus diſputatum eſt in libris de temperamentis. Si igitur hæc ita ſe habent,(vt reuera habent,) optimam ſanè corporis conſtitutionem in his duobus, nẽpe, in proba ſimilarium partium temperie & organicarũ ſymmetria collocandum eſt.

FINIS.

DE OPTIMA CORPORIS noſtri conſtitutione, codicum Græcorum caſtigatio.

Pagina Græca Baſilienſ. editionis, 247.

Verſu 1. τίς ἡ ἀρίςη. κεφ. α.
5 ἢ δ', diſt. vt ſit, ἢ δ' ὑγεία ἐκ τούτων.
Eodem. καὶ ἀριθμῷ, diſt. τῶν συνθέντων, diſt.
10 διελθεῖν, diſt.
12 σώματος. malè Venet. σώνατος.
Eodem. δόξειε, λέγειν, ita diſt. tum lege ἀξιοῦντες. Nam malè in vtroque cod. legi putem ἀξιοῦντα. Vetus h. dicere ſignificantes. Quidam tamen ἀξιοῦντα retinent, vt ad ἑκάςῳ referatur: & probant huiuſmodi caſuum mutationem.
19 τίς οὖν κοινή. κεφ. Β.
21 ἑξῆς. Vetus, conſequenter: fortè rectius ἐξίσης.
22 ἀμφότεροι. Vox hæc mihi viſa eſt aliquan-

quando abũdare, quũ antea πάντες dixerit. licet vetus, respiciunt alterutri: sed mutata sententia eam expressi in mea versione.

24 ταῖς ἐνεργείας. lege ἐνεργείαις κατὰ φύσιν, dist.

25 ἁλίσκεσθαι νόσοις, punctum. ὥστε εὐεκτικὴ μὲν, πάντων ἐστὶν ὑγιεινοτάτη κατασ. Vt ἡ post ἐστὶν vacet.

27 ἐμφαίνονται μὲν, legam ἐμφαίνοντος. Vet. innuente.

28 οὐ μὴν ἀλλὰ ἔτι μᾶλλον. legam οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἔτι μᾶλλ. Vetus, sed magis adhuc eo.

Eodem. τῆς εὐεξίας, dist. mox. τινὸς ἕξεως, dist. ὑπαρχούσης. punct. consequenter. ὥστε καὶ κατασκευὴν, legam, ὥστε εἴτε κατασκ.

29 ἁμαρτησόμεθα. punct.

31 ζητῆσαι μὲν, dist. 35 ἐν ἔχει, dist.

40 διάκειται τοῦτο, hic dist. 41 ἄλλων σωμάτων, dist.

42 ὑπάρχει, malim ὑπάρχῃ. 43. μάθοις. punctum.

Eodem, Αἱ βλάβαι. κεφ. Γ.

47 διοχλοῦνται, legam διοχλοῦντα.

48 τῆς εὐκρασίας, dist.

Versu 1. ἢ τὸ μὲν, dist. *Pagina Basil. editionis, 248.*

2 γεγονότας, εἰς τοῦτον ἐμβάλλειν, ἀληθές. sic punge.

7 ἐν αὐτῷ. Vacare putem in vtroque: nec Vetus agnoscit, qui habet nõ solùm quod est rarum corpus & velut exemplum. potest tamen etiam legi ἐν αὐτῷ eo sensu quẽ expressi.

9 τότε γὰρ ἑτοίμως. scribe τό, τε.

10 μεταστευὴν, legam κατασκευὴν in vtroq. codice.

13 τὸ μηδ' οὖν. κτλ Δ.

14 ἄπλου τε καὶ, ſcribo ἁπαλοῦ, vt molle duro opponatur. Cæterùm dictionē τριχῶν, quæ eodem verſu ſequitur, redundare putem.

17 μετρίως καί τοι. Illud μετρίως vacare putem. Etſi vetus habet & ſicciora & humidiora moderatè, omittendam ergo illam putem, vel μετρίου legendum tum poſt καί τι μέρος.

18 πλεονεκτεῖν tolle diſt. 20 σώματος diſt.

21 ἀφαιρέεται, diſt. eod. οἷς ἔλασσον, diſt.

24 ἐξ αὐτῶν περιττ. legam ἐξ αὐτῆς, vt ſit τῆς τροφῆς: vetus, quæ ex ipſo [cibo] ſuperfluitatibus.

26 διαπαθέστερον. ſcribe δυσπαθ.

28 τῶνδε πλεονεκτεῖ κατά τι. hic locus ſic mihi & legendus & pungendus videtur, τῶνδε πλεονεκτεῖ γὰρ κατά τι, vt hunc ſenſum habeas quem in mea conuerſione expreſsi his verbis: Vtrunque enim eorum quæ illa exuperant, ſecundum quid exuperat. quæ verba hunc mihi ſenſum habere videntur. Denſius & rarius comparatiua, ſecūdum quid ſua poſitiua denſum & rarum exuperant: nempe quatenus illa, comparatiua dico, ſecundum maius & minus, noxis, illud quidem, externis minus: hoc internis magis patet.

Eodem verſu, πυκνότερον, diſt. ἧττον, tolle diſtinctionem.

33 ἀλλ' ἑκάστου μὲν καθ' ἓν, legam, ἀλλ' ἕκαστον μὲν. Vetus h. sed vnoquoque quidem secundum, &c.

Eod. ἢ μέσον, legam τὸ μέσον. Est autem traiecta dictio in hunc locum transferenda, τὸ δὲ τοιοῦτον τὸ μέσον ἢ μικρὸν ὑπάρ.

35 ἐξ ὀλίγου. punct.

36 τὸ μὲν μήτ'. legam τῷ μὲν.

37 ὁπηλίκον ἐστὶ. legam ᾖ. 38 ἰδέσθαι, dist.

41 σμικρῷ μεγέθει, legam σώματι. Vetus hæc prætermisit.

Eodem, ἢ ξηρότητα. punct. 42 ὅτε ἡ σμικρότης, dist.

43 σμικρὸν, σκληρὸν, dist. etiam hæc.

Eodem, ὑπάρχει, legam ὑπάρχῃ. Vetus, existat.

46 lege εὐκρασίᾳ. mox συμμετρίᾳ.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ εὐεξίας.

De pleniori habitu.

Hic libellus in Græcis cod. vt & in recenti interprete, ad prædictum sequitur: in vetere præcedit eundem.

Ex Io. Lalamantij recognitione.

ΕΧΕΟΣ, id est, habitus nomē efferre soliti sumus in omni re permanente & difficulter à subiecto dimobili: nihilo

magis[illo nomine] laudātes quàm vituperantes. Verùm si quando euexiam aut cacochymiam dixerimus, iam tum definimus, quémnam habitum esse dicimus. Bonus igitur simpliciter habitus, in optima corporis constitutione inest: non simpliciter, etiam in vnaqualibet corporis natura. At cachexia, id est, habitus malus corporis, in quauis corporis constitutione consistit, siue ea simpliciter siue ad aliquid dicatur. Eũ igitur qui nouisse exactè velit, quid sit simpliciter dicere euexia seu plenior habitus, meminisse oportet eorum quæ de optima corporis constitutione particulatim dicta sunt. Nam quum sanitas, sicuti sæpe in aliis libris est demonstratum, amplam satis latitudinem habeat, illius quidem intensionem euexiam nominant veteres cùm medici tum philosophi: eiusdem verò remissionem nullo adhuc nomine peculiari designāt, sed de totius generis nomine pariter sanitatem nominant. Quare euexia sanitas quædam est optima: eóque in optimè constitutis corporibus existit. Nisi enim corpus eiuscemodi [bene scilicet constitutum] fuerit, haudquaquam

quam vllum optimam ſanitatem obtinuerit. Itaque neque etiam euexiam. Ea verò quæ ad aliquid eſt euexia, ea in cuiuſque [particularis hominis] natura exiſtit: [& ad ſingulorum naturam refertur.] eóque cũ addito dicitur: Dionis verbi gratia aut Milonis euexia ſeu plenior habitus: non verò ſimpliciter euexia. Sanè quidem Herculis aut Achillis euexia, ſimpliciter euexiæ ſunt, & ſine addito efferuntur, dicuntúrque. Sicuti & pulcher quidem Achilles, ſimpliciter: ſimia verò non ſimpliciter, ſed vt ſimia, pulchra dicitur. Verùm & de numero quoque eorum quæ cum addito dicuntur, eſt athletarum euexia: de qua nõ abs re dicebat Hippocrates. Athletarum plenior corporis habitus ſi ad ſummum gradum plenitudinis ſit perductus, periculoſus eſt: neque enim euexiam ſeu pleniorem habitum ſimpliciter dictum, cùm ad ſummum [bonitatis] peruenerit, periculoſum eſſe ait: [Euexiæ enim ipſi, hoc ipſum, nẽpe ad ſummum bonitatis perueniſſe, eſt eam ipſam omnium corporis affectionum ſecuriſſimã eſſe] ſed athletarum, hoc eſt, exercitatorum, ſeu quomodo-

Aphor. 3. comm. 1

cunque quis eos nominare voluerit, euexia: propterea quòd neq. ſimpliciter eſt euexia, neque optima corporis conſtitutio, meritò, cùm ad ſummum bonitatis peruenit, periculoſiſſima exiſtit. Athletica enim, inquit, corporis affectio, minimè eſt ſecundum naturam. Habitus rectiſſimè ſanus, laudabilior. Rectiſſimè ſanus igitur habitus perfectio, euexia eſt. At habitus diſpoſitionis corporis athletarum, non ſimpliciter euexia eſt, ſed cum additamento [euexia athletica.] Sicuti perpulchra ſimia, & cubitus magn9 & chœnix, id eſt, modius non iuſtus, & drachma reproba & adulterata. Siue enim cubitus magnus eſt, non amplius cubitus eſt ſimpliciter: ſed hoc totum, cubitus magnus: ſiue modius non iuſtus, non amplius etiam modius [ſimpliciter:] ſed hoc totum modius iniuſtus. Pari ratione quoque in cęteris omnibus eiuſmodi quod ſimpliciter abſque addimento dicitur, nõ eſt eiuſdem naturæ cum iis quæ cum addito dicuntur. Sed tamen eſt cum illud: Summum: [ſiue ad Summum] laudi: eſt & verbi gratia, cum vituperio dandum eſt: qualis eſt & athleta-

Lib. de alimento

letarum euexia, quæ tantum abest, vt laudandum quid habeat, vt meritò nõ ab Hippocrate modò aliisque veteribus medicis, sed à præstantissimis quoque philosophis vituperetur: vt à Platone in tertio de Republica, qui scilicet simul demonstrat, quàm ipsa planè ad naturales actiones sit inutilis: simul quã ad sanitatem periculosa sit, commemorat. Neque verò bonam simpliciter corporis temperiem: sed molis magnitudinẽ insectatur Plato, quæ citra immoderatã plenitudinem esse nequeat. Ita periculosam eam [Hippocrates, Plato & quotquot alii,] necnon & ad ciuiles actiones inutilem faciunt. Quò igitur ad exactam euexiæ, quæ reuera sit euexia, dignotionem perueniamus, æquiuocam athletarum habitudinem bonam cum hac oportet conferre, tum perpẽdere quid idem in vtrisque, quid cõtrarium insit, omnium sanè quidem corporis partium bona temperies, vtrique euexiæ communis est. vt & actionum quoque omniũ integritas & præstantia: & si hæc vtrique insunt, inest etiam & euchymia, id est, succi boni & laudabilis copia. Atque hæc quidem

[vtrique euexiæ ſimpliciter ſcilicet ſic dictæ & athleticæ] ſunt communia: cõtraria verò hæc. Symmetria quidem ſeu commoderatio cùm ſanguinis tum molis totius ſolidarum partium ineſt iis, quæ reuera ſunt, euexiis. Horũ verò omniũ ipſorũ incõmoderatio, ac potiſſimum generis carnoſi, in athleticis ineſt euexiis: ad quas neceſſariò ſequitur, vt ſcilicet periculoſæ ſint, cùm ad ſummum peruenerint. Nam cùm ipſi neceſſitate coacti comedant, ventriculus verò etiam validè cibos ingeſtos concoquat, facilè itidem etiam poſt concoctionem fiat diſtributio: mox & ſanguificatio & appoſitio & agglutinatio, tum adhæc nutritio ſequatur: periculum eſt in iis ne corporis habitus vltra modum repleatur, ita vt nullus naturæ poſtea ſit appoſitioni locus, ac interea venæ ſanguine & quidem immoderatiore oppleantur: calidum verò etiam innatum perſpirationis defectu extinguatur tandem & ſuffocetur. Si autem ipſummet calidum innatũ adhuc [viguerit & diſſolutioni ſui] reſtiterit, rumpitur tum vas aliquod inſigne eorũ quæ vel ad hepar, vel ad pulmo-

mo-

monem vel thoracem sunt. Nam hæc vasa tunicis sunt molliora iis vasis quæ in artubus sunt:& prius alimentum suscipiunt,atque tum sanguis cùm ob caloris naturalis copiam qui in ipsis vasis inest, tum ob assiduas actiones simile quid efferuescentiæ sustinens, ipsorum vasorum tunicas disrumpit: haud aliter ac mustum dolia. Hæc igitur quæ immodicam repletionem cōcomitantur, ita & se habēt omnia, & horum etiam demonstrationes ad physicas rationes sequuntur. Quod verò venis nimio plus sanguine refertis calor natiuus extinguatur,in libris de respiratione dictum est. Quod verò etiam venæ disrumpantur,in Anatomicis.quod & Hippocrates sensisse videatur,non solùm cùm scribit euexiam, quæ in athletis ad summum bonitatis pertingit, esse periculosam:sed & cùm alio etiam loco scribit hunc in modum: Si quis repentè obmutescat, venarum interceptiones corpus offendunt. Nam repentinas omnium actionum resolutiones ex vna admodum insigni,indicauit: venarum autem interceptiones, immodicas repletiones dixit, quum scilicet

[venæ ad caloris innati] refrigerationem, perſpiratione priuatæ fuerint.

FINIS.

In codicem Græcum lib. περὶ εὐεξίας castigationes.

Pagina Græca Basilienſ. editionis, 248. Verſu 53. ἡ μέν τι, ſcribam τοι.

58 τὸ δὲ τοῦ παντὸς, legam τῷ δὲ τοῦ, vt ſit τῷ ὀνόματι.

Verſu 1. καλοῦντες. punctum.

Pagina Baſil. editionis, 249. 2 εἰ δὲ ἐν τῷ, legam ἡ δὲ. Vetus. Ea verò quæ.

3 μίλωνος, pro quo vetus malè filonos: nam Milonis athletæ nomen eſt peruulgatum.

4 μέν γε τοῦ Ἡρακλέος καὶ ἡ τοῦ Ἀχιλλέος, licet Vetus μὲν δὲ legiſſe videatur. q. h. & propterea cum adiectione dicitur: vt Dionis vel Filonis. Achillis autem & Herculis ſimpliciter ſunt euexiæ: & obſeruandum veterem interpretem omiſiſſe dictiones has, quæ eodem verſu 4. habentur, τοῦ μίλωνος καὶ ἡ: nam hæ abundare videntur. quippe alia eſt Dionis, Milonis & cæterorum athletarum euexia: alia Herculis aut Achillis, heroum & fortium virorum: vt Milo cum his iungi nõ debeat: nam heroum laudabilis eſt euexia: athletarum, ſuſpecta, lubrica & periculoſa, quæ nec ſimpliciter, ſed cum addito athletica euexia dicitur: quum heroum ſimpliciter dicatur.

6 ἀθλητῶν εὐεξία. punctum.

9 & 10. totum hunc locum ſic legam & pungam. ὀνομάζειν εὐεξία. διότι μηθ᾽ ἁπλῶς ἐστὶν εὐεξία, μηθ᾽ ἡ ἀρίστη διάθεσις σώματος, εὐλόγως. Vetus hab. quoniam neque ſimpliciter eſt euexia: neque optima corporis diſpoſitio.

Eod. verſ. ἴσως, diſt. 11 ἕξεως ἡ τελειότης, hic diſt.

13 ἔστι ἡ χοῖνιξ. Choenicē hîc & præc. verſ. verti modium, Plinium imitatus, qui vinū è palmis fieri ſcribit, modio maturarum palmarum in aquæ cōgiis tribus macerato expreſſóq. Latinè ſcil. exprimens verba Dioſc. quæ ſic habent in vino è dactylis: ἐπίχει δὲ τοῖς δέκα χοίνιξιν, ὕδατος χόας Γ̄. i. infunde verò decē choenicibus [dactylorū] cōgios aquæ tres. Idē Plin. de myrto loquens: Et ex alba, inquit, vinum fieri album, duobus ſextariis myrti tuſæ in vini tribus heminis maceratæ expreſſæq. Interpretans etiam illud Dioſc. loquentis de vino è baccis myrti cōfecto, καὶ ξηράναντες μίσγουσι τῇ χοίνικι κοπείσῃ, τρεῖς κοτύλας ὕδατος καὶ οἴνου παλαιοῦ τὸ αὐτό. Pliniū, inquā, imitatus, choenicem modium conuerti, licet non adeò quadrēt hæ duæ aridorū menſuræ. Choenix porrò tres cotylas capit: vel ſexquiſextarium: vt decem choenices cotylas triginta ſeu ſextarios quindecim faciant. Romanus autem modius erat ſextariorū 16. vt Plin. conferendo has mēſuras ſextarium vnū abſorpſerit, quia exactius cōferre non poterat: nēpe exteræ menſuræ cū Rom. exactè ita conferri non poſſunt. quin aliquid in alterutra vel exuperet vel deficiat.

Lib. 14. cap. 16.

Lib. 5. ca. 31.

Lib. 15. cap. 29.

Lib. 5. cap. 28.

vt in reddendis Græcis menſuris & Latinè enunciandis, quod proximum eſt, ac non multò tamen grauius aut leuius, veniat vſurpandum. nos de cubito magno & paruo & cæteris id genus menſuris diximus in comment. noſtris in ca. 9. lib. 1. de diebus decreto. quæ Lugduni apud Rouillium proſtant.

15 τὸ μὲν ὑπεράκρως diſt.

16 ψεκτόν. legam ψεκτέον, ea forma qua antè dixit, ἐπαινετέον ἔχει.

Eod. τοσοῦτον δὴ τὸ. legam, ἢ τοσοῦτον ἀποδεῖ τὸ ἐπαινετέον ἔχειν, ὥστε ψέγεσθαι. Vet. tanto enim deficit vt habeat laudem, quod vituperatur non ab Hippocr.

18 καὶ Πλάτωνος. Plato lib. 3. De republ. ita ſcriptum habet, de cuſtodibus verba faciens: Σω. τί δὲ δὴ σιτῶν πέρι; Ἀθληταὶ μὲν γὰρ οἱ ἄνδρες τοῦ μεγίστου ἀγῶνος ἢ οὐχί; Γλ. Ναί. Σω. Ἆρ' οὖν ἡ τῶνδε τῶν ἀσκητῶν ἕξις προσήκουσα ἂν εἴη τούτοις; Γλ. Ἴσως. Σω. Ἀλλ' ἦν δ' ἐγώ, ὑπνώδης αὕτη γέ τις καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν. Nos ſic: Socr. Quid verò tandem de alimentis [cuſtodum habes dicere?] Nónne [& ipſi cuſtodes] viri etiā ſunt athletæ, & maximi quidem certaminis? Gla. Certè. Socr. Númnam horum etiam exercitatorum habitus ipſis cuſtodibus foret accommodus? Glau. Fortaſſe. So. Atqui, inquam, ſomnolentus eſt hic habitus, & ad valetudinem lubricus, & quæ ſequuntur. Cæterùm Plato hic ἀσκητὰς nominat, quos Galen. hîc γυμναστικὺς & ἀθλητὰς nominat.

20 ὅ, dist. χωρὶς ἀμέτρου.

21 Ἵνα τίνων. κεῖς B.

24 τὰ δ᾽ ἐναντία. punctum. 34 ἑπόμενα. punctum.

35 ἕπονται λόγοις. punctum. 36 εἴρηται. punctum. mox ῥήγνυνται, dist.

37 φησὶ, distin. τὴν ἐν τῆς γυμναστικοῖς. lege, ἐν τοῖς.

38 γράφη τῷδε. legam, ὧδε τὸ ἐξαίφνης. Hũc autem locum nondum apud Hippocratẽ expiscari potui: vide interea Aphor. 51. comm. 6.

Finis & versionis & castigationum in lib. Galeni De pleniori habitu.

CLAVDII GALENI
De inæquali intemperie, liber.

HIC liber in codicibus Latinis veteribus, qui primi omniũ grãdi forma sine die & COS. typis cusi prodierũt in lucem, quíque duobus tomis omnia fere Galeni opera Latinè complectuntur, conuersus extat titulo: De malitia complexionis diuersæ, seu de mala complexione diuersa. Extat etiam idem liber impressus tomo primo operum Galeni à vetere interprete conuersorum & Lugduni typis cusorum in quarto, vt vocant anno M. D. XXVIII. eodem titulo quo supra, & eadem dictione fo. 325. Sed & eodem libro Lugdunen. extat

idem liber fol.52.titulo de Inæquali dyſcraſia illo altero paulo Latinior. Hunc expoliuit Thomas Linacei, quem Fuſchius limare conatus eſt. Ipſe delibabo ex vtroque quod erit optimum. Extat tomo Latino *2. Frellonij pagina 293.*

GALENI DE INAEquali intemperie, Liber.

1 INÆQVALIS intemperies alias in toto animalis corpore fit, veluti in ea hydropis ſpecie quam Græci ἀνασάρκα vocant: & febribus iis, quas iidem epialas appellant, feréque in reliquis omnibus, exceptis iis quas hecticas nominant. Fit verò & in vna qualibet [corporis] parte, cũ ea vel œdemate, vel plegmone, gangræna, eryſipelate aut cancro fuerit affecta. Huius generis eſt, & qui Elephas, & Phagedæna & Herpes dicitur. Sed hæc omnia cum fluxione conſiſtunt. Abſque materiæ autem affluxu, inæquales intemperies fiunt, particulis in ſolis qualitatibus alteratis: iis vtpote refrigeratis aut à ſole deuſtis, aut immodicè exercitatis, feriatis aut aliquid id genus perpeſſis. Quinetiã ex iis

iis quæ corpori nostro foris occurrunt, quamplurimæ inæquales intemperies gignuntur, dum id vel calefit, vel frigefit, aut siccatur aut humectatur. Hæ nãque simplices sunt intemperies: veluti in Commentariis de Temperamentis demonstrabatur. Compositæ verò ex iis aliæ quatuor sunt, dum scilicet corpora nostra vel calefiunt simul, & siccantur: vel calefiunt simul & humectantur: vel refrigerantur simul & siccescunt: vel refrigerantur pariter & humectantur. Quod autem eiusmodi intemperies [inæquales] ab æqualibus eo differant, quòd illæ non similiter in omnibus intemperanter affecti corporis partibus insint, planè liquet.

Quisnam igitur sit omnibus inæqualibus intemperaturis generationis modus, hoc mihi libro propositum est persequi. Quò verò dilucidior sit oratio, omnium corporis partium meminisse oportet, facto à maximis, quæ etiam vulgò notæ sunt, dicendi initio. Siquidem & manus & pedes & thoracem & caput nemo est qui ignoret. Diuidatur autem rursum earum vnaquæque à nobis in continentes & propinquas parti- 2

culas: verbi gratia, crus in femur, tibiam & pedem. Manus verò [tota] in brachium, cubitum & summam manum. Iam summæ manus propriæ particulæ sunt carpus, metacarpium, & digiti: digitorum item partes sunt ossa, cartilagines, ligamenta, nerui, arteriæ, venæ, membranæ, carnes, tendones, vngues, cutis & adeps. Has autem diuisisse in aliam speciem non est, sed sunt similares ac primæ: exceptis tamen arteriis & venis. Ipsæ enim ex fibris & membranis, vt in administrationibus Anatomicis dicebatur, sunt compositæ. Quinetiam & hæc omnia in Anatomicis administrationibus dicta sunt: quòd scilicet inter similares & primas partes permulta sunt spatia, atque iis multo etiam plura maioráque in medio organicarum & compositarum, sicuti nonnunquam nonnulla etiam sunt in vna aliqua similari particula, veluti in osse & cute. Ac quæ mollia quidem sunt corpora, ea quoniam sibi inuicem incumbunt, interposita spatia late-

re conſpectum faciunt. Quæ dura admodum ſiccáque, in iis ſenſu deprehendas interſtitia: veluti in oſſibus cauernulas. Hæ verò continent in ſeſe naturaliter humorem craſſum & album, in id comparatum, vt oſſa nutriat. Qua verò ratione quæ in cute ſunt foramina fiant, in libris de Temperamentis eſt dictum. Hæc itaque in memoriam reuocare neceſſum erat, perſpicuitatis cauſa eorum quæ deinceps ſunt dicenda.

Iam de inæquali intemperie agen- 3
dum, dicendúmque & quænam ipſius natura ſit, & quot eius generandæ modi. Sanè quidem quod in omnibus corporis ita affecti [& inæquali intemperie laborantis] partibus, vnica temperies non ſit, antea dictum eſt. Verùm id omnis intemperiei inæqualis commune eſt, [vt ſcilicet vnica omnium partium temperies non ſit.] Sed eius differentiæ corporum affectorum naturam ſequuntur. Aliter enim ſimplex caro, aliter vniuerſus muſculus in inæqualem

intemperiem venit. Imprimis enim vbi calida fluxio in muſculum procubuit, primùm maiores & venæ & arteriæ opplentur ac diſtenduntur, tum ab iis minores: atque ita res procedit, dum ad minimas ſit peruentum, in quibus vbi valenter impacta fluxio fuerit, & nec amplius [illis ipſis] contineri poterit, pars eius per ipſarum tunicas percolatur, & foras exudat. atque interea ſpacia inania, quæ inter prima corpora intercedunt, fluxione replentur: vt & omnia incaleſcant, & ab humore omni ex parte perfundantur. Hæc autem ſunt nerui, membranæ, ligamenta & ipſa caro. ſed ante hæc omnia, arteriæ & venę, quę ſcilicet primùm & præter cæteras partes variè afficiuntur: quippe internè à fluxione tum excalefiunt tum diſtenduntur ac diuelluntur: externè & calefiunt ſimul & premuntur & grauãtur. At alias [à venis & arteriis membri fluxione tentati] particulas, has quidẽ dum incaleſcunt tantum, aut premuntur tantum: illas verò vtroque [horum prędictorum] affici [contingit] appellatúrque morbus ipſe phlegmone. Eſt autem muſculi inæqualis intemperies.

Feruet

Feruet enim iam qui in eo eſt ſanguis: qui ſecum etiam vnà primùm quidem ac maximè arteriarum & venarum tunicas excalefacit, iam verò etiam omnes, quæ extra ipſas [earundem tunicarum] partes ſunt, quibus & ipſe circunfuſus eſt.

Et quidem duorum alterum ſequi neceſſe eſt:vt ſi vicerit fluxio, victorū corporum corruptio ſequatur.Sin victa fuerit, vt muſculus ad naturalem ſtatum redeat. Eſto autē prius victa fluxio (rectius enim à melioribus incipitur) duplex in ea erit curationis modus: & vel digeretur quicquid humoris in partem procubuit,vel concoquetur. Verùm digeſtio optanda imprimis curatio eſt. Concoctione hæc duo neceſſariò ſequūtur:puris generatio: & eius [in aliquod ſpatium]abſceſſio. Abſcedit autem aliquando [fluxio] in cauitatum propinquarum tum maximam tum ignobiliſſimam, quod abſceſſus genus eſt optimum. Aliquando verò etiam in cauitatem quidem maximam,non tamen ignobilem [ſed momentaneam] aut in ignobilem quidem, non tamen maximam. Quod igitur ad eas fluxiones 4

attinet, quæ in ventriculum illabuntur & fluunt, ea est optima iudicanda abscessio, quæ in internam eius capacitatem abscedit: in quam plerunque etiam vicinarum partium abscessus aperiuntur & suppurant. Mala verò ea est, quæ sub peritonæo est. Pari modo quod ad eos abscessus attinet, qui in cerebro fiunt, hic quidem laudabilis est qui in anteriores eius vẽtriculos abscedit: prauus verò, qui sub meningibus & in posteriore eius ventriculo se recipit. Qui verò ad costas [internè] colliguntur abscessus, hi in thoracis capacitatem erumpunt. Et musculorum quidem abscessus, sub cutem: viscerum verò vel in arterias & venas quæ in ipsis insunt, vel in ambientem eas membranam, quæ & ipsa visceribus pro cute est [colliguntur.] Quòd si verò victæ à fluxione particulæ fuerint, in tantam hæ deuenient intemperiem, vt & earum actio pereat, & ipsæ tandem etiam corrumpantur. Dolere verò tum primùm desinent, quum ipsæ ei quod transmutat fuerint assimilatæ. Non enim in ipso mutatum esse,

vt si c

vt sic loquar, siue dum iam mutata est temperies, particulæ dolent: sed in ipsa mutatione, siue dum mutantur: qua ratione mirus dicebat Hippocrates: His quibus alteratur & corrumpitur natura dolores fiunt. Alteratur autem ac corrumpitur cuiusque partis natura, dum ea vel calefit, vel frigefit, siccatur vel humectatur, vel cùm eius vnitas dissoluitur. Ac in inęqualibus quidem intemperamentis alteratur pars potissimùm, quia ea aut calefiat, aut refrigeretur (efficacissimæ enim sunt hæ qualitates) iam verò etiam quod & humectetur & siccetur. Quin & esuriendo vel sitiendo alteratur quoque cuiusque natura, deficiente hic humida, illic sicca substantia. Ex vulnere verò, erosione, tensione, pressione, conuulsione [alteratur cuiusque partis natura] ob solutam continuitatem.

libro de homine.

Si igitur & sanguinis calor, qui est in particula phlegmone obsessa, mitis est: isque qui in toto animalis corpore continetur mediocriter temperatus, næ is haud ita facilè vnà cum particula affecta cale- 5

fit. Si verò [ille qui in particula afflicta continetur ſanguis] vel feruet vehementius: vel ſi qui per totum ſpargitur animalis corpus bilioſior eſt: illico vniuerſus incaleſcit, multò verò magis cùm ambo concurrerint: vt ſcilicet & qui in Phlegmone ineſt ſanguis, calidus admodum fuerit, & qui in toto animante, bilioſus. Porrò caleſit primùm qui in arteriis eſt, quòd ſcilicet & natura calidior ſit, & magis ſpirituoſus: poſt hunc verò etiam qui in venis eſt. Quòd ſi phlegmone obſeſſa particula viſceri, cui plurimus inſit ſanguis, propĩqua fuerit, adhuc eo citius vniuerſus qui in animali eſt ſanguis vnà cum illo caleſit, vnóque verbo quicquid aut alteratu facilè eſt, aut calidum natura, id à quouis calefaciente primùm excaleſit: haud ſecus etiam ac quicquid & facilè alteratu eſt & natura frigidum, id ab eo quod frigefacit primùm etiam refrigeratur. Ac promptus quidem ad alterãdum eſt ſpiritus, propterea quòd ex tenuiſſimis partibus conſtat. Flaua verò bilis, natura calidiſſima: pituita, frigidiſſima: quod ad reliquos humores attinet, ſanguis poſt flauam bilem calidus

dus

est. Atra bilis post pituitam frigida. Et sanè alteratur facilè flaua bilis à quouis in eam agente. Atra verò, ægrè. In summa quicquid tenuium est partium, id promptè alteratur: quod crassarum, ægrè. Itaque quoniam variè afficiũtur corpora, phlegmonis varias alterationes contingere necesse est. Primùm 6
nãque succus is, qui phlegmonem excitat, magis minúsve calidus est. Deinde ipsius putrefactio, naturæ ipsi peculiari respondet. Nec verò minus etiam [incidit putrefactio,] inde adeò quòd succus magis aut minus impactus est. Quippe quæ non perspirant & difflantur, celerius putrescunt, quemadmodũ & in externis rebus omnibus cernere est. Cæterùm tum vtique potissimùm, quum ea calida & humida temperie sunt. Iam verò laborãs phlegmone particula vel propius vel longius à multi sanguinis visceribus sita est: totúsque adeò sanguis vel biliosus, vel melancholicus, pituitosus vel spirituosus est, atq. hæc omnia & magis & minus. Quare varias alterationes fieri necesse est, siue alterum alteri sit collatũ [vt, verbi gratia, sanguis biliosus cum melãcholico]

siue aliquopiam secum collato [vt sanguine biliosiore cum minus bilioso.]

7 Hæ omnes inæquales corporis intẽperies potissimùm accidũt, dum qui in phegmone est sanguis inflãmatur. Deinde qui in viscerib. habetur & corde, atq. huius is potissimùm qui in sinistro est sinu. In quẽ si viuo adhuc animãte, nec adhuc febre tentato immittere digitos velis (vt in administrationibus anatomicis dictum est) calorem vehementissimùm deprehendes. Haud igitur abs re est, vbi totum corpus præter naturam incalescit, illum potissimùm [sinistrum dico cordis ventriculum] ad summum calorem peruenire: quippe tenuissimùm sanguinem maximéque spirituosum habet, & mouetur perpetuò. Cæterùm in febribus omnibus id genus [à phlegmone obortis] calefit quidem aliquando vniuersus sanguis, nimirum qui iam calorem illum præter naturam, qui ex humoris putrescẽtia [intra vasa] est obortus, concepit: neque dum tamen arteriarum aut venarum tunicæ, sed neque vllum aliud circumiacentium corporum prorsus temperamentum suum mutauit: sed

Andr. Lacuna hunc locum obseruauit.

omnia

omnia hæc adhuc mutantur, atque incaleſcentia alterantur. Quòd ſi verò [circuniacẽtia corpora] diutius ita afficiãtur, etiam aliquando tandem vincentur: prorſúſque ita mutabuntur, vt non tantùm amplius calefiant, ſed iam præter naturam ſint calefacta. Vnicuique autem particulæ alterationis terminus eſt, actionis ipſius læſio: ad quem vſque terminum latitudo, gradus eſt & via in id quod pręter naturã: veluti ſcilicet mixtum quid & commune & medium ex ambobus contrariis conflatum: ipſo dico quod exactè eſt ſecundum naturam, & eo qui iã planè eſt præter naturam. Toto autem hoc tẽpore corpus quod incaleſcit, quãtitati & incremẽto alterationis ad portionem dolorem habet reſpondentem. At vbi partes omnes corporis ſolidæ prorſus fuerint excalefactæ, [iam tum] eiuſmodi febris hectica nuncupatur: vtpote quæ haud amplius vel in humoribus vel in ſpiritu tantùm, ſed & in corporibus etiam iis quæ veluti habitum contraxerunt, & habitus rationem habent, contineatur & fixa hęreat. Expers verò doloris eſt, putántq.

qui ita febricitant, omnino ſe febre carere. Neque enim calorem eius ſentiũt, cum ipſis partes omnes æquè ſint excalefactæ. Et ſanè cõſentanea ſunt hæc iis quæ naturæ periti viri in diſputationibus de ſenſibus tradunt. Neque enim citra alterationem fit ſenſus, neque in his quæ iam planè ſunt alterata, dolor: eóque hecticæ febres omnes tum ſine dolore ſunt, tum ab iis qui ab ipſis affliguntur, prorſus non percipiuntur. Partium enim corporis illorum [febre hectica correptorum,] non hæc quidem agit, illa verò patitur, quum omnes inter ſe iam ſimiles redditæ ſint, vnicámque habeant cõſpirantem temperiem. Sanè ſi partium ipſarum hæc quidem ſit calidior, illa frigidior: ſed eaten⁹ aut calidior [aut frigidior] vt ne vicinã tamen offendat, ne ſic quidem partes illæ à ſeſe inuicem quid patientur: alioqui partes etiam ſecundum naturam habentes, ſibi inuicem eſſent moleſtæ, atque altera alteri noxia, vt quæ ipſo tẽperamento inter ſe differrẽt. Caro [verbi gratia] calida particula eſt: os, frigida. Sed & harum [ambarum partium] & aliarum omnium indolens eſt [tempera-

pera-

peramenti cõtrarii] inæqualitas, ob excessus mediocritatem. Sic vtique neq. nos ambiens aer prius nos offendit, quàm ad immodicum calorem frigúsve sit mutatus. Verùm intermedias eius omnes differentias, tametsi numerosas, ac excessum manifestum habentes, citra noxam sentimus. Ex his igitur [quæ dicta sunt] parum abest quin colligamus eum sermonem quo vsus est alicubi Hippocrates ex æquitate sincerè & verè esse pronunciatum: quum inquit, Omnes morbos esse vlcera. Quippe vlcus vnitatis est solutio. Immodicus verò calor aut frigus proximè accedunt vt vnitatem soluant. Calor siquidem plurimus segregando aut incidendo substantiæ continuitatem [soluit.] Frigus verò summũ cùm stipando, tum intro pariter trudendo: hęc quidem exprimit, illa verò quassat & frangit. Atq. hunc quispiã immodici caloris aut frigoris terminum statuens, haud præter rem & absurdè sentire videatur. Siue autem hic, siue alius quispiam est immodici excessus terminus, hoc saltem iam tamen liquet, omnem immoderatum excessum in relatione ad aliquid

3. de fracturis.

Aphor: 34.

existere. Non enim similiter à calidis frigidísve omnè corpus afficitur. Indéque fit vt quædam animalia familiares inter se succos & conuenientes, quædam non solùm non conuenientes & familiares, verùm & noxios inuicem & exitiales habeant: veluti homo atque vipera. Itaque alteri alterius perniciosa est saliua: sic verò & scorpiũ necaueris, si ieiunus illi inspueris. At nõ homo tamen hominem morsu interimet, nec vipera viperam, vt neque aspis aspidem. Siquidem quod simile est, familiare & amicum: quod [dissimile] seu contrarium, id hostile & molestum [esse solet.] Ex similibus itaque omnia & augentur & nutriuntur: perimuntur autem ac corrumpũtur à dissimilibus: eóque sanitatis tutela & conseruatio per similia, morborum sublatio per contraria [fit & obitur.] Sed de his alibi habebitur sermo.

8 Quòd verò ad hecticã illam febrem attinet quæ iam habitum animalis occupauit, eã certè qui ea laborat minimè sentit. Reliquarum verò febrium nullá est, quæ non sit sensibilis: sed aliæ magis, aliæ minus ægrotãtibus sunt molestæ.

lestæ. Earum verò etiam nonnullæ rigorem insuper inuehunt. Enimuerò id quoque symptoma, veluti & alia multa, fit ab inæquali intemperie. Eius tamen generandi modum in præsenti libro tradere non est, priusquam scilicet de facultatibus naturalibus, quot hæ qualésque sint, tum quid agere vnaquæque nata sit, fuerit demonstratum. Verùm in libris de symptomatum caussis de his omnibus tractabitur.

Rursum verò reuertor ad inæqualis intẽperiei differentias: nam quo pacto ex phlegmone náscatur febris omnis, quódq. itẽ cùm omnis phlegmone tũ febris etiã oĩs, prȩter hecticas, ex iis morbis sint, quibus inæqualis est intẽperies, iam mihi dictũ est. Porrò ex humorum quoque putredine citra phlegmonem accenditur etiã & oboritur febris. Neque enim ea tantùm quæ impacta sunt & perspiratu carent, putrescunt: (quanquam ea & celerrimè & potissimùm putrescunt) sed & alia etiam multa putredini obnoxia. De horum verò [ad putredinẽ] opportunitate, aliò loco à nobis dicetur. Iam alio quoque modo inȩqualis in toto corpore intẽperies fuerit, 9

modò quidem fuliginoſo vapore detẽto, modò ſanguine immoderatius feruente, aut ob plures exercitationes, aut ob labores adauctos: aliquando verò & ob iram: aut vero ipſomet ſanguine ab aliqua externa aduſtione excalefacto. Quòd verò in omnibus etiam his febribus, non ſecus ac in iis quæ à phlegmone excitantur ſuprà eſt dictum, tũ pro effecticis cauſæ robore, tum pro corporis ipſius modo & diſpoſitione alii magis alii minus, alii nullo modo febricitent liquere arbitror. Quinetiam & hoc quoque manifeſtũ eſſe puto, quod intemperies ipſam nonnunquam ſpirituoſam ſubſtantiam, nonnunquam ipſos etiam ſuccos inuadit. Sed nec minus liquere quoque reor, quòd omnib. eiuſmodi febribus, ſi moram traxerint, & diuturniores fuerint, hectica nuncupata ſuperuentura ſit. Iámque ſermo noſter quodammodo declarat intemperiem hanc inæqualem fieri ſolere, quum ſubſtantia aliqua calida frigidáve in partem aliquam influxit: veluti in iis partibus fieri dicebatur, quæ phlegmone tentarentur. Sæpe verò non ita inæqualis fit intemperies cum affluxu

mate-

materię calidæ aut frigidæ] sed ipsa corporis temperie in qualitate mutata & alterata. [Declarauit etiam nostra oratio] & quòd alterantium ipsam temperiem, quædam ab ipso corpore ortũ habent, quędã extrinsecus. Et ab ipso quidem corpore, quum ex putredine sola vel inflammatione quapiam excitatur febris. Extrinsecus autem, quum ab ardore solis & æstu. Dicetur autem & de iis fusius in libro de morborum causis.

Quemadmodum autem ab æstu febris oritur, alterato scilicet corporis temperamento: ita nonnulli sæpe in frigore toto corpore perfrigerati vehemẽter sunt: nonnulli verò ipsorum perierunt. Quinetiã quòd hi omnes doleant, ne id quidem quenquam latet. Dolent verò & hi etiã qui à valido frigore perfrigerati celeriter sese excalefacere properauerint: multique eorum qui derepentè manus igni admouerunt, ingentem ad vnguium radices dolorem senserunt. Et quisquam, quum tam euidenter videat intemperiem inęqualem doloris esse causam, etiam de internis dubitabit doloribus? aut verò mirabitur, quo pacto citra phlegmonem sæpe

vel colo inteſtino, vel dẽtib. vel alia qua uis particula homines doleãt? Neq.n. quòd ad eiuſmodi affectus attinet, quic quã miri eſt: ſed ne hoc quidẽ mirũ ſit, quòd ſcilicet febricitantes nonnulli rigeant ſimul & febricitent. Nam ſi pituitoſus humor ille frigidus, quem Praxagoras vitreum appellat, & calida illa amara bilis ſimul & abundent & per ſenſibilia corpora moueantur, nihil miri ſit vtrunque pariter ab ægrotante ſentiri. Neque enim ſi hominem ſub ſole feruido ſtatuas, & aquam illi frigidam affundas, fieri poteſt quin ſimul & à ſole calorem, & ab aqua frigus ſentiat. Verùm hic quidem [in propoſito ſcilicet exemplo] vtraque [calor & frigus] extrinſecus magnis portionibus incidunt: epialis autem febribus, intrinſecus & portionibus exiguis [calor & frigus in partes ſentientes incidunt.] eóque corpus vniuerſum ambo ſentire videtur. Nam hoc ipſo, quòd ſcilicet & calidum & frigidum minimis portiunculis diſperſa ſunt, nullam licet ſenſilem ipſius [corporis] particulam deſumere, *in* qua nõ inſit alterutrum. Et ſanè in ipſa febrium

febrium aliarum inuasione febricitantium nonnulli & rigent & sitiunt, & vtrunque percipiunt: immodicum dico frigus & calorem: at non eodem loco tamen. Manifestè enim possunt illi excalefactas partes à refrigeratis discernere. Siquidem intus & in ipsis visceribus, calorem: in externis verò partibus omnibus, frigus sentiunt. Sunt autem & quæ lipyriæ vocantur febres perpetuò tales, necnon & genus quoddam exitialium ardentium. Quòd igitur in his [& lipyriis dico & exitialibus ardentibus] affatim & magna portione, id in epialis [sensim] & minori portione accidit. Inæqualis nanque est & harũ etiam febrium intẽperies. Inæqualis quoque & reliquarum omniũ: exceptis hecticis: sicuti & ijs qui rigent quidẽ, nõ febricitãt autem, inæquale quoq. est temperamentum. Et rarũ quidẽ est symptoma, sed tamẽ & mulierib. quibusdã, quibusdã etiã aliquando viris accidit. Omnino autẽ desidem præcessisse vitã oportet, aut verò hominẽ longiori tẽporis spatio copiosiores cibos & ingessisse & assumpsisse: ex qua ciborũ copia succus iers, frigid⁹, crudus,

& pituitosus nascatur, qualem scilicet Praxagoras vitreum esse iudicauit. Antiquitus autẽ, vt par erat, nemo ita est affectus: credo quòd nemo ociosè adeò & indulgenter viueret: qua ratione à veteribus medicis scriptum est, Rigorẽ febri superuenire. Verùm & nobis ipsis & multis aliis iunioribus medicis sæpe visus est rigor, cui febris non successerit.
11 Cæterùm ex hac intemperie [quæ ab humore vitreo est] ea etiam quæ febricitantium est [id est, à calore præter naturam] componitur Epiala. Appello ita febrem illam, cui ambo semper accidunt. Hanc verò Epialam non voco, in qua vt in tertianis & quartanis præcedit quidem rigor, febris verò sequitur. Itaque ex duplici intemperie inæquali Epiala componitur: necnon & reliquæ ferè omnes febres, præter hecticas. Sic & quotquot morbi sunt particulæ cuiusuis cum tumore, hi omnes perinde ac phlegmone ab inæquali intemperie fiunt, Cancer, Erysipelas, Carbunculus, Herpes, Oedema, Phlegmone, Phagedæna, Gangræna. Quippe his omnibus commune est, vt ex humorũ fluxione ortũ ha-

habuerint. Eo verò diſſident, quòd alii ex pituitoſo, alii ex bilioſo, alii ex melancholico ſucco: alii verò ex ſanguine vel calido & tenui feruentéque, vel frigido & craſſo, vel alio quopiam modo affecto, fiant. At enim de particulari horum differentia exactiùs alibi tractabitur. Quòd autem ad præſentem diſceptationem attinet, hoc vnum dixiſſe ſatis ſit, quòd qualis qualis fuerit fluxio eodem modo & prædictis affectibus vnumquenque procreabit, quo modo antea à calida & ſanguinea fluxione inflammatio gigni demonſtrabatur: vt & etiam demōſtrabatur, quòd ſimilarium & ſimplicium corporum vnumquodque rheumate tētatum ad inæqualém & ipſam quoque intemperiem deueniet. Extrinſecus quidem [primo] pro fluxionis qualitate vel calefactum, vel refrigeratum, ſiccatum vel humectatū, ſed nondum tamen ad imum vſque pariter affectum. Quòd ſi vniuerſa corpora ſimplicia tota per ſe tota mutata alterataque fuerint, ipſa quidem illico erunt doloris expertia, at in difficiliori tamen ſtatu cōſtituta. Hęc præmonuiſſe, ſufficere putem iis qui tum ea quæ

in opere de medicamentis, tum quæ post id in Methodo medendi tractantur, sunt assecuturi.

FINIS.

IN LITERAM GRAECAM Libri de inæquali intemperie, Castigationes per Io. Lalamantium.

Tomi primi Basili. pagi. 249

Versu 45 Ἀνώμαλος δυσκρασία. κεφ. Α.
50 μετὰ ῥευμάτων. punct.
51 ἢ ἐκαυθέντων. legẽd. καυθέντων. vel ἐκκαυθ.

pag. 250.

57 ὅστισοῦν. κεφ. Β.
Versu 3. δὲ αὐτῶν, dist. 4. καὶ πόδα. punct.
12 καὶ ξηρὰ πάνυ, dist.
15 περὶ δὲ τῆς. κεφ. Γ.
24 ἅπαντα. punct. 28. φλεγμονή. punct.
30 περιεκέχυται, dist. καὶ δυοῖν γε. κεφ. Δ.
31 νικηθέντος δὲ, dist. 32 τῷ μυΐ. punct.
36 μεγίστην μὲν, dist. ἄκυρον μὲν, dist.
39 ἀποστάσεις, dist.
40 καὶ τῶν μὲν μυῶν, ὑπὸ τὸ δέρμα· τῶν δὲ σπλάγχνων, sic punge.
42 τὰ σώματα. malim τὰ μόρια. Vetustissimus interpres: Quòd si superfluitas vincat membra. Linacer, Si victæ à fluxione particulæ fuerint. vt ambo τὰ μόρια legisse videãtur. Solus vetus recentior: Si verò vincuntur corpora, vt σώματα legisse videatur. Nam Fuchs. cum Linacro consentit.
45 Ἱπποκράτης ἔλεγεν. in lib. de homine.

48 ἢ διψῶν, dist.

50 εἰ μὲν οὖν ἦτε. κεφ. E.

Eod. ἢ κατὰ τὸ φλεγ. legam, τοῦ κατὰ τὸ.

51 ὑπάρχει, dist. 52 τοῦ ζῶου σῶμα, dist.

57 εἰπεῖν, dist. mox, εὐαλλοίωτον ἦν. legā, ἐστὶ. vt versu proximo.

Versu 2 ꝫ ψυχρὸν. legam, ψυχρά. pagin. 251

3 εἰς αὐτὴν. punct. 4. δυσαλλοίωτον, pūc. ὥστε ἀνάγκη. κεφ. ϛ.

5 πρῶτος μὲν. legam, πρῶτον μὲν. Vetustiss. interp. primò autē. Vetus recentior: primùm enim. Linacer, Principio nanque.

10 καὶ ἧττον. punct.

11 πρὸς ἑαυτό. punct. Αὗται πᾶσαι. κεφ. Z.

15 ἀπεικὸς ἐστὶν οὐδ᾽ ὁπότε. legam, οὐδὲν ὁπότε.

Eod. παρὰ φύσιν, dist.

17 καὶ δέδεκται. legam, ὃ καὶ δέδεκται ἤδη. quam lectionem Linacer videtur approbare, licet Vetustiss. inter. habeat & recipit illā caliditatem. Vetus recentior: Iam autem & recepit. vide meam versionem. Andr. Lacuna hunc locum obseruauit, neque tamen emendauit. Ita verò vertit: sanguis quandoque vniuersus recipítque illum calorem præter naturam. sed neque Fuchs. id animaduertit.

22 οἷον ἐπίμικτόν τε. legam, τι.

24 σῶμα, dist. mox, τελέως tolle dist.

25 (καλεῖται ὁ τοιοῦτος πυρετὸς ἑκτικὸς) tolle has notas parentheseos.

26 θερμαινόμενος. punct.

27 ὡς μηδὲ πυρέττειν ὅλως. vel legendum, ὡς μηδὲ πυρέττουσιν ὅλως. vel relicta particula

ὡς, legendū οὕτως, μηδὲ πυρέττειν. Vetustiss. existimat patiens eam quòd nullo modo sit in eo febris. Vetus recentior: & æstimant qui ita febriunt quòd non febriunt omnino. Fusch. ex Linacro, se omni febre carere.

32 τοσούτῳ θερμότερον, dist. mox, τὸ πλησιάζον [οὐδ᾽ οὕτως ὀδυνήσεται.] ἢ οὕτως. Hæc quæ intercepta vides hic addenda esse rectè obserua uit Fusch. ex vetere recentiore qui .h. vt contristet vicinantem: neque ita dolebunt. Ita enim essent, &c. Vetustiss. hîc balbutit. Etsi sint quædam, inquit, augmentatioris calefactionis, & quædam augmentatioris infrigidationis. Nam ex superfluitate calefactionis eorū, quæ ex eis sunt calidiora, nō prouenit eis quæ ex eis sunt frigidiora, vt impediātur quæ ex eis sunt vicina.

34 ἡ ἀνωμαλία, dist.

36 Κινδυνεύει τοιγαροῦν. κεφ. Z.

Ἱπποκράτης. lib. 3. de fracturis. Apho. 34.

41 δόξειεν. punct.

43 καὶ ἔχιδνα. punct.

44 τὸ, τοῦ ἑτέρου. mox, ἀναιρήσεις, dist. mox, νῆσις, scribe νήστης.

47 πρὸς τὴν ἐναντίων. punct.

48 πυρετὸς, dist. ὁ τὴν

53 αἰτίας. lego αἰτίαις. Ἐπάνειμι δὲ. κεφ. H.

55 χωρὶς φλεγμονῆς, dist.

Pagina 252. versu 1. ἐπὶ θυμῷ, dist.

2. ὅτε δὲ. legam, ὅτι δὲ κἂν. Vetustiss. quòd omnes istæ febres prouenientes ab apostematibus. Vetus recentior: Quoniam autem & in

his

his vniuersis. Linacer, Porrò quod.

5 μόνης οὐσίας, dist.

6 ἐκκολουθήσει. Asula ἐκολου. malim ἀκολουθ. & punct.

7 ἐπιῤῥυείσης. malim ἐπιῤῥυήσης. μορίῳ τινὶ, dist. 10 τοῦ σώματος. punct.

11 ὥσπερ ἢ. κεζ Θ.

13 ἀπέθανον. punct. mox οὕτω πάντες. legam οὗτοι. Vetus, quoniam dolent hi omnes, quanquam malè legitur, hic omnes.

17 τῶν ἄλλων τι μορίων; Interr.

18 οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων. ἐπὶ malè omissũ videtur.

19 χυμὸς ψυχρὸς. legam, ὁ ψυχρὸς. mox, πικρόχολος ὁ θερμὸς ἅμα, non καὶ θερμὸς. vetus recentior videtur legisse ὢν ψυχρὸς, & ὢν θερμὸς. habet enim: humor frigidus existens & cholericus calidus. vtrouis modo legere potes. nam ὁ supplet illud ὢν. Vetustiss. & humor calidus qui est.

20 σωμάτων, dist.

24 τὸ γοῦν δὴ, legam τῷ γοῦν.

25 αὐτῆς λαβεῖν: vel αὐτῆς vacat, vel αὐτοῦ legendum, vt sit αὐτοῦ τοῦ σώματος. Vetustiss. videtur legisse οὐδέν ἐστιν αὐτῶν λαβεῖν τῶν μορίων αἰσθητῶν. Vertit enim: Et non est possibile vt inueniatur aliqua harum partium minimarũ sensu. Vetus recentior. h. Nam in essendo dispersa per minima frigidum & calidum, nullam est accipere particulam sensibilem, vt illud αὐτῆς prætermiserit. Linacer paulò lõgius à litera Græca recessit. h. n. nullam sensilem al-

terius portiunculam ita paruam desumas, in qua non alterum insit comprehẽsum. Fuchs. αὐτοῦ agnoscit.h.n. neque licet vllam sensibilẽ eius partem desumere.certè αὐτοῦ malim,&receptam lectionem retinere.

Eod.οὐχ ὑπάρχει.And.Lacuna corrigit ὑπάρχῃ,& malim.

26 καὶ διψῶσι. Sic vterq.cod. Vetustiss.tamen interp.quem Linacer sequitur,legisse videtur,ῥιγοῦσι καὶ πυρέττουσι.Ille.n.h.vt sentiat in ea frigus superfluum & calorem superfluũ. Linacer:aliqui febricitantium tum rigent, tũ verò febricitant. Recentior tamen Vetus & Fuchs.διψῶσι retinent: nam vterque conuertit:& rigent & sitiunt.& sequar.

28 τὰ σπλάγχνα, dist.mox,ἔτι ἐστί.legam,ἐστὶ ἐστί.Vetus rec.sunt autem & Lipyriæ.Fuchs.ex Linacro, Tales perpetuò sunt febres.

31 ῥιγοῦσι μὲν,dist. ἐπιπυρέττουσι ἐστί.punct.

33 ἤτι πλῆθος.legam,ἤτοι. mox, ἐδεσμάτων tolle dist.

36 ῥίγει πυρετὸν.punct.

37 τοῖς τῶν πυρε-lege τῆς τῶν.

38 ὁ ἠπίαλος.punct. mox,συμβέβηκεν. punct.

39 ἠπίαλον.punct.ὥστε διὰ τῶν δύο ἀνωμάλων δυσκρ.Sic legam & pungam.Vetustiss.ex duobus modis malitiæ complexionis. Vetus recentior: Itaque ex duab.inæqualibus dyscrasiis.Fuchs. ex Linacro, proinde ex duplici inæquali intemperie.

43 ὀχλὸν γεγονέναι.malim ὑγρῶν. Omnes interp.ex fluxione humorum.

45 ἄλλως διακειμένυ, dist.

46 κῦ τὸν αὐτὸν λόγον, dist.

Finis Castigationum codicis Graci Basiliensis in librum Galeni de inæquali intemperie, auctore Io. Lalamantio.

CLAVDII GALENI LIBER, Quomodo simulantes morbum sint deprehendendi.

Hic libellus extat Tomo tertio Basiliensis editionis, pagina 392. falsò 388. In Venetiano fol. 102. eiusdem Tomi. Extat & apud veterem interpretem. In cod. Frellonianis Lugduni impressis habetur inter Isagogicos, pagina 195. Ioan. Fichardo interprete. Lalamantius recens è Graco conuertit.

MVLTÆ sunt causæ propter quas ægrotare se homines simulant. In eiusmodi autē omnibus [causis simulatis] veri deprehensio ad medicum videtur pertinere. Nam medicorum ipsorum veraces à mendacibus discernere vult plebecula. Etenim phlegmonem, erysipelata, & œdemata de industria per ex-

trinſecus appoſita medicamenta excitata, medicis [qui verè medici ſunt] ab iis quæ ab ipſo proficiſcuntur corpore deprehēdere & diſcernere licet: ſicuti & eam ſanguinis expuitionem quæ ex oris partibus [de induſtria & fallendi cauſa vlceratis] manat, ab ea quæ à ſtomacho, ventriculo aut alio aliquo reſpirationis inſtrumento proficiſcitur. Nā deprehenſi iam ſunt quidam, qui & ſpōte tuſſirent, & ſub tuſſis finem ſanguinem expuerent, vena ſcilicet ipſis in aliqua gingiuæ parte promptè adaperta, quam quoties vellent, ſugentes lingua, tum verò poſt tuſſientes eductum quaſi infernè ſanguinem expuebant. Quin etiam & delirare ſeſe & deſipere quidam ſimulauerunt, vel aliis etiam, vt deſipere ſimularent, perſuaſerunt. Illa omnia & deprehendere & diſcernere inter ſe ad medicos pertinere vulgus exiſtimat. Adhæc etiam & ingentem dolorem [plerique ſimulant & tantum] vt intolerabilis videatur. Equidem noui quendam, qui cùm à ciuibus in concionem citatus eſſet & conuocatus, dolorem colicum ſimulauit, ne eò proficiſceretur, ita è re ſua fore ratus: qua in

re

re,in ipſo ſtatim temporis articulo, hominem mentiri ſum ſuſpicatus:quod & mihi poſtea confeſſus eſt. Fomenta igitur tum illi adhiberi iuſſi:maximè cùm oraret ipſe vt ſibi abundè ſuccurreretur:licet antea vel in minimis [aſſumẽdis aut admouendis] admodũ eſſet meticuloſus. Et norat ſe ante paucos dies colico dolore vexatũ,poſtea [meo hortatu] hauſto Philonio medicamento fuiſſe liberatum:cuiuſmodi medicamẽtum à me ſibi propinari poſtulabat, ſi quando eo morbo premeretur. Huic meo dicto fidem facient quæ poſtea ſunt conſequuta. Dimiſſa concione, quaſi doloris omnis expers, conqueri deſiit. Et verò præcedens viuendi ratio eiuſmodi fuerat, vt colicus affectus in eo conſiſtere, aut locum habere minimè poſſet. Eiuſmodi enim morbi ex cruditatibus aut perfrigerationibus oriri ſolent. In hoc verò homine nihil tale præceſſerat. Sed enim medicinalis experientiæ partes ſunt, & ad experientem medicum pertinet dignoſcere morbum, non ratione præcedentis diætæ contingere. Suſpicatum autem eſſe ipſum concionis gratia idipſum fi-

mulauiſſe, artis id medicæ non eſt proprium; ſed rationis eius quæ communis dicitur: quam licet omnibus communis ſit; pauci tamen perfectam adeò habent & conſummatam, vt quid in quaque re agendum ſit, quid dicendum, perſpicere poſſint. Tenendum ergo memoria quod dictum eſt: nempe experientiam ſolertiæ iunctam, vt eos qui alia quædam confingant, ita & eos qui ingentem dolorem ſimulent, deprehendere: quemadmodum & ipſe nuper, quum quiſpiam ſcilicet vehementiſſimo genu vtriuſque dolore ſe conflictari diceret (ſeruus autem is erat de grege eorum qui dominos iter facientes à latere curſu concomitantur) dolorem ſimulatum deprehendi. Atque inde adeò in ſuſpicionem veni, & ex eo quòd herus eius eo ipſo die equum erat conſcenſurus & concitaturus: & ex pueri etiam conſuetudine, qui his moribus erat, vt in tali re facilè mentiretur. Cæterùm conſeruum quendam de eius amicis & familiaribus interrogabam, num adoleſcenti illi intercederet cum aliqua muliere familiaris conſuetudo: quam propter

veriſi-

verisimile esset, eum, domino longiorem profectionem adornante, hoc studere, vt scilicet maneret: & ita res habebat. Et hæ quidem mihi extrinsecus coniecturæ suppetebant. Ad ipsum verò genu maximus tumor existebat, qui facilè idiotam perterrere potuisset: sed experienti viro manifestè per thapsiam is excitatus esse apparebat. Hoc indicium experientiæ artis medicæ referri debet acceptum, non iis quæ extrinsecus suppeditantur. Eiusdem quoque peritiæ erat obseruasse, nihil eorum quæ antecesserant tale in eo fuisse, vt tumorem tam repentè excitare potuisset. Neque enim vltra modum cucurrerat, neque abs quoquam vapularat, imò neque saliendo, neque fossam transiliendo id incommodi acceperat: adde quòd plethoræ indicium nullum ipsi aderat, cum eo quòd antea neque ociosè, neque indulgenter, & ad satietatem vixerat. Quinetiam & nobis ipsis doloris speciem, quænam scilicet esset, rogãtibus, neque statim, neque promptè, sed ne sibi quidem consentaneã respõ-

dit. Itaque cùm herus domo excessisset, ac ipse medicamentum apposuissem, non quod vim sedandi dolorishaberet, verùm quod à thapsia inductam qualitatem refrigerare posset: vna hora pòst confitentem ipsum habui, se planè doloris expertem esse. Id quod, si quidem reuera dolor ob phlegmonem fuisset obortus, accidisset nunquam. Tantum enim abest vt is cessauisset, vt acerbior multò & vehementior fuisset effectus. Iam igitur liquere arbitror, quòd ea quæ à medica peritia pendent, cum solerti ratione commixta & coniuncta cum iis quæ à ratione suppeditantur (quod idem est ac si dicas, cum iis quæ ingeniosè à nobis sunt excogitata) necessaria sunt ad vehementis doloris [tã veri quàm ficti] dignotionem. Potest verò quis etiam ferendi morbi facilitatem in argumentum adducere, quòd scilicet ægrotus non ita vehemẽter laboret. Contingit enim & hoc persæpe [vt scilicet fingentes morbum eum ferant facillimè] nec aduertant qui se vehementer torqueri simulant, [imò obliuiscãtur] locum subinde commutare, iactare sese, & in aliũ atque alium

habi-

habitum conformare, quasi magnitudinem doloris difficulter ferentes. Pręterea si qui torquentur vehementer, quoduis sufferre medicamentum parati: priores ipsimet quidem medicos obsecrant, vt quod velint, agant, quò curetur affectus. Si qui verò aut mediocriter aut ne omnino quidem dolent: eiusmodi auxilia auersantur, neque lõgiorem inædiam, neque acrium pharmacorum exhibitionem sufferentes, quæ nos ipsis allegare oportet, ac dum se ingenti dolore premi, dicent: commonefacere illa sola [quæ allegauerimus remedia] eiusmodi affectus [quos patiuntur]curare posse. Quinetiam & sectiones,& vstiones, & omnimodam cùm potus tum ciborum,quorum vsu ipsos captos fuisse & victos intellexerimus, abstinentiam [imperabimus.] Eos igitur qui minimè prætexunt & simulant se vehementi morbo conflictari, doloris arguit magnitudo vnà cum notis & indiciis à medica peritia desumptis: In quibus etiam est & difficilis morbi tolerantia, extremitatum perfrictio & pallor, [arguit verò interdum & eos qui verè ægrotant]

frigidi humoris exudatio: & pulsuum non modò inæqualitas (qualis etiam iis qui mediocriter laborant, accidit) sed & id quod ipsos scilicet habent maioribus pulsibus & plures & minores: & vehementioribus obscuriores: adde quòd de doloris specie interrogati peculiarem parti affectæ morbum suo responsu designant. Ipsarum enim partium quædam dolores habent longè latéque sese diffundentes, quædam veluti fixos & in vna parte firmatos. Quędam pungendo pulsant, diuelli quinetiam & aliæ videntur: quædam veluti stupefactæ, quædam verò graues videntur & apparent. Et hæ quidem vomitus, illæ ventris perturbationem, alię vertiginem patiuntur & sufferunt.

Finis. Deesse verò quædam videntur.

IN LITERAM GRAECAM

libelli, Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, castigationes.

Versu 48. ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασι. Nihil muto. tantùm moneo me aliquando suspicatum esse legere oportere, ἐν τοῖς τοιαύταις ἁπάσαις. *P. Graeca Tomi tertii Basiliensis editionis 392. falsò 388.*
Eod. ἐκ τούτων. legã, κἀκ τούτων. Vet. iis etiam.
50 ἐξεπίτηδες, διὰ τῶν ἔξωθεν. διὰ in vtroque malè omissum videtur. Vetus, ab aliquo exteriorum. 51 παθῶν. punctum.
53 ἐπὶ τῇ τελευτῇ. legam, καὶ ἐπὶ τῇ. Vetus videtur leg. ἐπὶ δὲ τῇ. Habet enim: In vltimo verò tussis, & δὲ malim.
56 ἀνδυομένων. Rectius Venet. -μένων αἷμα. punctum.
56 ὡς δὲ δοκεῖν. malim ὥστε. Vetus, vt & videantur. Eod. καλούμενόν τι. legam γε.
58 συμφέρειν οὕτως. punct.
Versu 2, πλὴν οὐκ ἐδεῖτο. malim affirmatiuè, πλὴν ὅτι, licet vterq. interpres negationẽ agnoscat. Vetus: tamen non precabatur. *Pag. 395. falsò 389.*
4 εἴπερ ἀδυνάτο. legam, ἐδύνατο. & Venet. hic habet stellulam, mox, μετὰ ταῦτα. punctum.
6 ἐν αὐτῇ. legam, ἐν αὐτῷ. Vetus, vt non potuisset in eo consistere.
9 ὃν καὶ τοῦ. legã, ὃν κἂν τοῦ.
10 εἰρημένων, dist. 12 λίαν σφόδρα, tolle dist.
21 πρόσθεν ἐναργῶς. Malim in vtroque, καὶ ἀργῶς. Vetus, Neq. enim diætatus ante fuerat

ociosè & repletè.

35 σκηπτομένους. legam, μὴ σκήπτου. nam malè videtur abeſſe negatio, quæ addita ſenſum facit perſpicuum. Vetus ſenſum non videtur aſſequutus, qui habet: Igitur notiones vehementer dolendi ſunt, terreri vehementer.

Mox, τοῦ πόνου ἐξελέγχει. Videtur verbũ hoc malè omiſſum. Eod. καὶ τοῖς ἀπό. legam ἅμα τοῖς ἀπό.

36 ὠχριᾶν. punct.

F I N I S.

CLAVDII GALENI

De ptiſana, Liber.

Tomi ſecũdi Baſilienſis editionis p. 489.

Vetus interpres hunc librum non conuertit. Ioan. Politus recèns interpretatus eſt: & eius verſio habetur Tomo primo Frelloniana editionis, pagina 1216. Tranſtulit & Autogr. Lodouicus *Olyſiponenſis.*

Lalamantius ita conuertit:

1 CVVM haud ita pridem medicos aliquot comperiſſem ægrotis quibuſdam cremoris ptiſanæ vſum præſcribentes, neque tamẽ quibuſnã ægrotis eam exhibere; quibus minimè conueniat ſtatuen-

ſtatuentes: ſed ne modum quidem etiam aut exhibitionis quantitatem, aut verò tempus ſorbitioni aptum determinantes, verùm vt veriſimile eſt, vſum eius, quoties viſum fuerit, accõmodatũ eſſe autumantes: mihi ad multorum aliorum intelligentiam, apertius Hippocratẽ exponenti, viſum eſt cùm modum coctionis eius, tum vires, facultatem, tempus, quantitatem, exhibitionis modum, quanta item commoda ægrotantium corporibus conuenienter exhibita afferat: contrà, quot incommoda intempeſtiuè aſſumpta, & adhæc, quibus corporibus eã offerre, quibus non oporteat, patefacere. At quoniã cõpoſita res eſt tam ptiſana, quàm eius cremor (ex hordeo nanque probè purgato, quod eſt piſto & excorticato, & ex aqua certo quodam modo decocto, præparatur) eius ipſius [cremoris] partes primũ breuiter oratione explicare conſtitui. Niſi enim quis hæc prius diſcreuerit, apprimè vtique læſerit: vt etiam reliqua omnia deinceps exactè & diligenter adminiſtrentur.

Quod igitur ad ptiſanæ confectionẽ, 2 aquam optimam eligere oporteat, ne-

mo, opinor, ambigit. Aquæ autem bonitas cùm ex eius consistentia & gustu, tum ex eius odore & colore etiam diiudicatur. Ac quòd ad gustum quidem & odoratum attinet, [eiusmodi esse debet] vt extraneam nullam qualitatem præ se ferat. Hoc verò est, vt ne dulcis, ne salsa, ne acida, ne acris, ne grauiter olens, aut putrilaginosa sit: imò verò ne vllam aliam acquisititiam qualitatem habeat, sed sit planè qualitatis expers: absque omni extranea qualitate, absque vlla dico qualitatis, quæ vel gustu vel olfactu deprehendi possit, admixtione. Oportet quinetiam ipsam & pellucidam esse & puram, miniméque cœnosam: sed, quasi diligenter per colata sit, prorsus vacuam & liberam ab iis, quæ in ipsa ferri & innatare solent, scobibus & ramentis. Talis profectò aqua vsui est accommoda. At in rerum natura nulla adeò pura existere comperitur, sicut nec vllum aliud elementorum sensilium. Quòd si verò talis, qualem modò dixi, extiterit aqua, ea statim & tenuium partium exstite-

titerit: faciléque & concoquetur & distribuetur, & adhæc hypochondria celeriter peruadet: ac non solùm vbi [pota] naturali calori occurrerit, alteratu facilis erit, sed & igni externo admota breui calefiet. Atque huius dicti testis est Hippocrates. Aquam enim quæ citò calefiat, & contrà quæ citò refrigeretur, leuissimam esse iudicat: non quòd eius leuitas pondere diiudicetur, sed quòd propter partium tenuitatem facilè in sese contrarias qualitates admittat. Eiuscemodi verò aqua & frigida est & humida, & verè & propriè aqua: Quæ verò aquæ aut à substantia aliqua aut qualitate sunt adulteratæ, quales sunt bituminosæ, sulphureæ, aut aluminosæ, eæ tantùm ab aquæ [veræ] natura abscedunt, quantum est adulterium. Quòd si aquam refrigerare & humectare demonstrari tibi postulas; id huius instituti non est, quum de ptisana suscepta sit oratio: sed præterquam quòd antiqui omnes ipsam frigidam & humidam esse demonstrauerunt, id etiam ipsa experientia testatur & comprobat.

Aphor. 26.5.

Hac igitur aqua, quæ omnium iudicio [pura sit & qualitatis omnis expers] pro bona habita, ad hordei tractationẽ transeat oratio.

3 Hordeum, vt generatim quidẽ sumptum, refrigerat & siccat: habet verò etiam quippiam & detersorii & flatuosi. vt particulatim verò, externus ipsius cortex, qui furfuraceus est, cùm siccior tum mage detersorius existit. Quod verò in ipso veluti carnosum & ad nutriendum est idoneum, id tergere quidem & ipsum, sed furfuracea parte minus, natum est. Sed nec pars hæc etiam flatuosa qualitate destituitur. Tenuis verò alia tunica, quam furfuracea internè complectitur & ambit, hordeúmque ipsum circumuestit, viribus inter illa duo ambigit, eóque furfuracea quidem tunica [eadémque exteriore] minus: hordeo verò ipso magis deterget. Hordeũ autem in hac oratione inaudire oportet, quod sit præstantissimum: quódque nihil habeat à putredine acquisititium: aut à largiori humiditate excrementitium: sicuti & quod neque valde recens sit, neque omnino etiam vetus. Siquidẽ recens excrementitia humiditate est referturn,

fertum,

fertum, quàm regione cùm vda & vliginosa, tum flatibus obnoxia nanciscitur. Antiquum verò deperditis viribus & exoletis temporis diuturnitate, marcidum fit & inualidum: & iudicio sunt rugæ in ipso extantes, & magnitudinis imminutio, & adhæc quòd dum decutitur, tenuis quidam ex eo puluis decidit. Hordeum igitur quod ad ptisanæ confectionem eligatur, turgidum esse conuenit: & quod nec recentius nec vetustius ab omni acquisititia qualitate sit liberum. Sed ne hoc quidem tantùm sufficit: verùm iudicium [quoque & notam eius bonitatis] ab experientia desumendum. Nam id hordeum, quod præter commemorata inter coquendũ in magnum tumorem attollitur, ad ptisanæ prę parationem sumere oportet: si quidem quis eam ritè &, vt par est, velit cõficere. Quænam igitur sit optima aqua, & quibus ipsam notis discernamus: quódque item præstãtissimum sit hordeum, & quo modo discernatur, summatim à nobis dictum est.

Restat vt tertio loco de eius coctiõe 4
dicamus: præparãt verò ipsum sic: Hordeo in pila in minutas partes primùm

tuſo, tum deinde celerrimè cocto, ſapam alii, alii amylum, nonnulli etiam cyminum & mel iniiciunt: pernicioſa autem eſt eiuſmodi præparandi ratio. At optima & rectè præparata, eiuſcemodi & talis eſt. Primùm crudum adhuc hordeum aqua aſpergere & irrigare; tùm manibus tandiu confricare oportet, dum tenuis membrana [excidat ac decutiatur] atque eius rei gratia iterum iterúmque fricatur manibus, dum quicquid in eo furfuraceum exiſtit, excutiatur: niſi ſi quis ipſum magis deterſorium efficere exoptat. Tunc enim præſtat ipſum cum [interiore] tunica coquere: Eius autem coctio hoc modo fiat, vt primò quidem diu multúmque [luculento igne,] poſtea verò lento etiam diutiſſimè & dum in cremorem vertatur efferueſcat. Hordeum enim ſic decoctum ſimul quicquid flatulenti habet deponit: ſimul quicquid boni & laudabilis Hippocrates ipſe ſuo ei teſtimonio attribuit indipiſcitur. Viſcoſitas enim ipſius, inquit, leuis eſt, continua, blanda, lubrica, modicè humens, ſitim minimè inferens, & facilè,

ſi quid

si quid est quod ablutione egeat, abluens: sed neque adstrictionem etiam vllam habet; neque pessimè affligit, neque in ventriculo intumescit. Inter coquendum enim in tantum intumuit, quantum intumescere oportuit. Quòd igitur ptisana nihil, viscosorum omnium aliorum more, glutinosi aut emplastici habeat, liquere arbitror. Sordes enim non corporis solùm detergit, sed & exhibita certo modo pituitosum, qui in ventriculo sit, humorem repurgat. Hanc porrò, quæ in ea cernitur, viscositatem tum longa coctio, tum exacta admistorum vnitas causatur & efficit. Quinetiã hæc ipsa, quæ in ea apparet, viscositas nihil aspredinis habet, sed vndiquaque læuis est, æqualis, vnita & continua. Cùm enim nullius adstrictionis aut verò acrimoniæ, ex quibus asperitudo generatur, particeps sit, læuorem non modò tactu, sed & facultate & viribus necessariò obtinet. Nam alia omnia viscida & glutinosa, cuius generis sunt oleum & mel, & cætera id genus, tangenti tibi læuia & æqualia videantur, quòd in se nihil inæquale habeant: vt scilicet

eorum pars alia quidem ſit tenuis, alia craſſa, alia vnita & cohærens: alia diuulſa & diſcriminata: vt hac ratione læuorem quidem, quod ad tactum attinet, habeāt, quòd verò ad facultatem &, ad alia quędam, actionem nullo modo habeant. Neque enim [viſcida alia] æqualiter & continuè particulas omnes corporis quibus applicantur humectant: ſed hoc ipſo viſcidorum omnium partes, excepta ptiſana, inuicem à ſeſe diſtant & differunt. Nam cùm ipſa & tactu læuis ſit, continua & indiuulſa, talis ſanè & ipſa facultate exiſtit. Atque illa quidem guſtui nullam ſuauitatem exhibent: ipſa verò ptiſana, præter alia, guſtui ſuaue neſcio quid & iucundum, præſertim iis qui ægrotant, adfert.

5 Iam panis, tametſi reliquis [viſcidis] viribus & facultate præſtat, is tamen, vt etiam maceretur aqua, inſuauitatē quandam habet, vt qui maſticatione indigeat. Secundam quinetiam hanc prærogatiuam habet ptiſana, quòd nullam ex maſticatione infert moleſtiam. Ea ſi quidem, potiſſimùm verò eius cremor lubrici quidpiam habet, nihil in tranſitu emplaſticum, [id eſt, quod ob len-

torem

ţorem craſſitiémque meatus obturet] relinquens: quod viſcida omnia, ptiſana excepta, ſolent efficere. Ipſa etenim facilè in thoracis partes, propter eam quæ ſibi ineſt tergendi facultatem, diſtribuitur & commeat, quemadmodũ & ad diſtributionem [ciborum] & ad excrementorum egeſtionem eadem ac commodata eſt: potiſſimùm iis in quibus quæ ingeſta ſunt & adſumpta non ita facilè in hepatis gibba ſubeunt & commeãt. Humectãs enim modicè eſt, hoc verò eſt, humida eſt: miniméque ſitim prouocans. Et humiditatem quidẽ habet ab aqua, verùm fractam & debilitatam ob hordei naturã modicè exiccantem. Nã quod ex contrariis cõflatũ eſt qualitatibus, aliam quãdam acquiſititiam naturam adeptũ ab extremis recedit. porrò ptiſana, vt quæ humida ſit, ſitim arcet, & quidẽ magis quàm aqua: tametſi ei cedat humiditate, tum quòd diſtribuatur celerius, tum quòd propter viſcoſitatem permanentẽ habeat ipſam humiditatem, & adhæc etiã quòd frigida ſit. eóque febribus ardentibus eſt accommodatiſſima, tanquam eis per omnia contraria: refrigerans ni-

mirum & humectans, putridos ſuccos detergens: & adhæc alimentum nõ pau cũ corpori ſufficiẽs: ſemiputres verò hu mores tũ concoquens, tum in benignũ ſuccum alterãs & tranſmutans. His do tibus prędita eſt ptiſana, cũ eo quod nul lã aut adſtrictionẽ habet, aut vllam vẽ triculi concitat euerſionẽ. Nam quãtũ adſtrictio ad[ventriculi robur confert, tantum & deſiccat. eóque ventriculus ſuccos ad ſui euerſionem minimè tũc] faciles habet.[Hæc porrò incommoda effugit ptiſana: eo quòd immoderatũ ni hil habet, quod ſit memorabile. Sed & neque perturbationem infert, quòd ſci licet nihil acrimoniæ aut flatuoſi ha-beat. Flatuoſum enim coctiõe deponit. Hæc igitur cõmoda ſunt ptiſanæ, quæ ex proba coctione indiſpicitur: quæque etiam ſenſim oratio ipſa edocuit. Porrò ſic præparata, & læues ſunt ipſius par-tes, æquales, cõtinuæ, & adhęc ita vnitę, vt ne hæc quidem ipſius pars tenuis, il-la craſſa, aut omnino inæqualis, ídque non ſolùm tactu, ſed & actione & facul tate, videatur. Guſtui verò & blanda eſt, hoc eſt, nullã præ ſe ferẽs inſuauita tem, & ſitifuga, propter eam, quæ ipſi ineſt,

inest, viscositatẽ. Quòd verò læue est, humidũ & suaue, id astrictionis alteriúsue qualitatis validæ est expers. His dotatą viribus ptisana acutis febribus admodũ est idonea: non eo solũ quòd omnib. modis his repugnat & aduersatur, sed & quòd concoctu facillima est & distributu, & in omni etiam qualitate imbecillima. Adde quòd vi sua deteriora succos qui putuerũt repurgat, semiputres verò etiam concoquit. Sed neq. tamen ipsa simpliciter in morbis venit exhibenda, sed multa limitatione est opus: neq.n. iis qui periculosè laborant, neque iis qui phlebotomia aut purgatione aut clystere indigent, eam conuenit exhibere: sicut neque iis quibus vẽtriculus excremẽtis est offartus, aut iis qui vehemẽti dolore cõflictantur. Neutiquã verò etiam iis propinanda est, qui medicis fomentis, aut sanguinis missione, aut purgantibus medicamẽtis opus habẽt. Sed ne in morbisq̃dẽ aridissimis offerre ipsam cõpetit. Siquidem simul & tempus & exhibitionis modũ, [simul & ægroti consuetudinẽ: præterea an eius cremorem tantùm, an ptisanam ipsam totã exhibere conueniat, an vtraq.

hæc, an verò neutrum, considerare oportet. Tempus igitur sorbitionis exhibitioni opportunum (neque enim citra distinctionē eā exhibere conuenit) tūc erit, cùm corpus æqualiter fuerit affectum, & neque pars hæc frigidior, illa calidior. Id verò eo tempore contingit, quo morbi adest remissio. Nā posthanc vniuersus corporis calor æqualiter in omnes partes diffusus est: & item cùm neque plenitudo neque humorum adest crassities. Nam periculosum est, vel de Hippocratis sententia, multum & cōfertim replere. Itaque paulatim quid adiiciendum, idque ex ægrotantis consuetudine metiendum. Si enim semel [in die] cibum sumere cōsueuerit, etiā ipsi semel in die, sorbitionem propina. Si bis in die, eam & ipse geminato. Sorbitionis autem adiectio & adauctio in morbis ficcioribus minimè est adhibēda. Egent enim in sorbitionibus ptisana validioribus, quo largius humectentur. Siccas verò ægritudines appello pleuritidem, peripneumoniam, & in summa omnes qui in thorace consistunt affectus, quū scilicet ex ipso nihil expuitur. Siccos quinctiā morbos nuncupo, qui

& in

& in hepate & ventriculo & intestinis consistunt: cùm scilicet vel nihil, vel du rum [admodum] ac non pro necessita te [naturæ] aut non ita magni momen ti excernitur. Quod verò ad arteriarũ & venarũ siccitates attinet, eæ cùm ex lingua tum ex externa cute deprehen duntur: haud aliter ac capitis morbi, cùm nihil aut per palatum aut per na res expurgatur. Pari modo inflãmatio nes & vlcera sicca & sunt [& dicũtur,] à quib. nihil in ichoras & saniẽ abit. In eiusmodi autẽ morbis ptisanam parare minimè cõuenit, vt quos humectare [a bundè] non possit: nimirũ ea quæ mul ta & valida humectante facultate opus habent non admodum humectat. Imò verò quæ ex plenitudine incõmoda ac cidũt corporibus [ita, vt dictum est,] af fectis adfert. Quòd si [cõtrà] corpus fue rit humidius, & aliquid ex pulmone e ducetur, hoc casu ipsius ptisanæ adaugẽ da erit exhibitio & ad sorbitionẽ quid adiiciendum. Cùm enim ipsa humectet pariter & incidat eam quæ in corpore sit humiditatem, necnon & particulis robur ob alimentum [quod præbet] præstet, paucis diebus hominem ab in-

festãte cacochymia liberat & purũ reddit. Siquidẽ vbi ambo hæc cõcurrunt, vitiosa excrementa expeditè expurgari cõtingit: cùm tamen nullũ aliud aliorũ, quæ vel vt medicamẽta vel vt alimẽta sumuntur, ambo hæc nactũ sit: sed alia omnia [præter prisanam] modicè & parcè cùm tenuãdo tùm humectãdo alimenti vim habent: cuius generis sunt panis, alica, oua & pisces: aut si quidẽ incidendi vim habeant, humectãdi tamẽ vim & nutriendi non habent: quale est oxymel, & si quid est eiusmodi. Hęc omnia cõmoda ptisanæ insunt, sed si tamẽ sine limitatione [ambo] exhibeantur, nullam vtilitatẽ adferunt, quin potiùs oblata mortẽ causari potuisse videantur. Nam si æger ad excrementorũ expurgationẽ clystere indigeat, vel phlebotomia ob sanguinis redundantiã, vel doloris vrgentis vehementiã (cuius causa à plenitudine oborta) causa mortis esse possit tunc exhibita prisana: fortasse quòd ipsa plenitudinẽ geminet. Quam obrẽ ei qui febre correptus sit exhibere eam minimè conuenit, siue ea cum dolore, siue absque dolore fuerit, aut si statim à cibo febricitare homo inceperit,

nec-

necdum aluum exonerarit. Hæ verò distinctiones & limitationes non in cremore tantùm ptisanæ, sed & in ipsa ptisana [tota veniunt obseruandæ.] Quib. autē [ipsa tota] vtilis & accōmoda fuerit, eam ipsis non statim exhibere conuenit, sed primùm quidem solùm ipsius cremorem: tum pòst, multum quidem cremorem, paucam verò ptisanam; [totam] deinde vtraq. æqualiter, tum pòst hanc etiam solam. gnarus ptisanam [totā] ad corporis robur & alimoniam plurimum conferre: cremorem verò eius elaboratu, concoctu & distributu facilē esse. Hæc velut summatim de ptisana dicta sunto: vt & moderatum eius vsum, simul & necessarias limitationes queas intelligere.

FINIS.

IN LITERAM GRAECAM, Libelli Galeni de ptisana: castigationes.

Auctore Ioan. Lalamantio Hæduo.

Versu 1 opusculi περί τινα τῶν νοσούντων. legã, περί τινας. *Tomi secũdi Basili. editionis pag. 489.*

4 opusculi προσαφορίζονται. legã, -ρίζοντας codē

casu cum præcedentibus, χρωμένους & διαιζομένους.

5. ὧδ' ἔδοξε, ὧδε vacare putē: sicuti & mox, ὅσα τοῦ Ἱπποκράτην. ὅσα etiam vacare putem. & legam, τὸν Ἱπποκράτην.

8 opusculi πάλιν φαῦλα. legā, πάλιν ὅσα φαῦλα. vt dictio ὅσα ex superiori linea 5. huc referatur.

42 paginæ διακεφαλαίωσιν. punct.

43 ὅτι μὲν οὖν. λέξις B.

51 ἐςὶν, οἷον εἶπον, sic punge.

52 πλησιάζον, dist.

53 θερμαίνει συντόμως. Sic & Venet. malim tamen θερμαίνεται.

54 καὶ αὖθις ταχέως: conuerti: & contrà: quā quam Fuchs. commen. v. in Aphor. 26. hunc locum citans, rursus, conuertit.

Eod. versu: καὶ σταθμῷ διακεινόμενον, ἀλλὰ τὸ λεπτομερές. Hæc est vtriusq. cod. lectio. & fuit tempus cùm διακεινόμενος legendū putarē, vt dictio hæc ad Hippocr. referretur. Sed re accuratius perpensa, legendū iudicaui. οὐ τοῦ ἐλαφροῦ τῷ σταθμῷ διακεινομένου, ἀλλὰ τῷ λεπτομερὲς εἶναι τὸ ὕδωρ, καὶ ῥαδίως.

Tomi secūdi Basil. editionis Pagina 490.

Versu 1. μαρτυρεῖ. punct.

Eod. λόγον ἔρχεται legam, λόγος ἐρχέσθω. Ioa. Politus vertit: in hordei narrationē deueniamus. vt videatur legisse λόγον ἐρχόμεθα. Anto. Lodoicus: λόγον ἔρχομαι. vertit enim ad sermonem de hordeo pertranseo: malim vt dixi.

2 κριθὴ τοίνυν. λέξις Γ.

8 καὶ

8 καὶ πλήρεις ὑγρότητος καὶ πνεύματος ἀνάμνεστοι. Hanc falsam vtriusque codicis lectionē esse autumo, legendúmq. καὶ πλήρης ὑγρότητος καὶ πνεύματος ἀναμνέστης. vt sit τῆς χώρας πλήρους.

9 παλαιαὶ, dist. δυνάμιν. punct.

13 εἰ γὰρ πρὸς. legam, καὶ γὰρ.

16 λοιπὸν δὲ περὶ. κεφ. Δ.

Eod. legam, γὰρ αὐτὴν οὕτως. Εν ὅλμω.

17 ἐψήσαντες ἐπιβάλλειν, οἱ μὲν. ita & Venetian. cod. Basil. margo rectiùs, ἐπιβάλλουσι. sed eodem malè hab. εἰς μὲν, quum οἱ μὲν recta lectio sit.

18 ἡ διάθεσις. ἡ vacat.

19 ὁ λεπτὸς ὑμὴν, ὃ διὰ τοῦτο, &c. ὑμὴν ἐκπίπτοι, vel φαίνοιτο. nam quod tale verbum desiderari videtur. Politus: vt tenuis membrana conspiciatur. Lodoi. quousque ad tenuē mem branam peruentum sit: ἥκοιτο, quod non satisfacit.

22 ἀναγκάζῃ. Basil. margo rectiùs habet ἀναβράσῃ.

23 Οὕτω γὰρ ἑψῇ. κεφ. Ε.

25 καὶ εὐέκκειτον. Basil. margo εὐέκπλυτον. & hoc posteriore modo scriptum reperias apud Hippocratem lib α. acutorum N. 17. & apud Galen. in eius loci commen. vt cuipiam videri posit hîc εὐέκπλυτον legendum. Sed quum εὐέκκειτον idem significet, illámque dictionem per hanc suprà citato loco interpretur Galenus, non magnopere referat vtrā adscribas.

Eodem versu, ἄρασον κακὸν. Sic & libro 1. de

morbis acutis: quo loco ἄραδον ἔχειν interpretatur Galenus, τὴν ἐν τῷ πέττεσθαι ταραχὴν ἐμποιεῖν, perturbationem dum coquitur generare: vt hîc ἄραδον κακὸν ſit, τὴν ταραχὴν κακὴν ἐμποιεῖν. hoc eſt, dolores ſæuos, ſeu peſsimum cruciatum in ventriculo inducere & ingenerare: quam dico perturbationem multa & varia edulia pariunt: vt & ea quæ partibus facultate pugnantibus conſtant.

30 γλίσχρασμα. malè Venet. γλίσχραμα. Eodem verſu, καὶ μένον. Sic vterque codex. legam, ἡνωμένον. id eſt, vnitum: quanquam Politus vertit, quinimo: vt legiſſe videatur, καὶ μὲν οὖν. Lodouicus vertit, & manens. vt μένον retinuerit, nullo ſenſu.

31 γὰρ, diſt. mox, καὶ τὴν δύναμιν. legam, καὶ κατὰ τὴν.

33 τὸ δὲ παχὺ ἢ διεσπασ. putem legendum, τὸ δὲ παχὺ ἢ τὸ μὲν ἡνωμένον, τὸ δὲ διεσπασμένον. nam ſic plenior erit oratio, & contraria contrariis opponentur: quod neuter interpres animaduertit.

38 καὶ τὸ κατὰ τὴν γεῦσιν. malim, καὶ τὶ κατὰ.

39 Ἄρτος δ' εἰ ἦ. καθὼς 5.

44 πλαδαρὸν δ' ἐστί. mox, ὑγρὸν καὶ ἄδιψον. legam, πλάδαρος δ' ἐστί. mox, ὑγρὸς καὶ ἄδιψος. vt ſuppleatur ἡ πτισάνη. vel potius, ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης. Poſſunt tamen & illa neutra ad γλίσχρασμα referri. vt primo acut. quod tamē hîc longius repetendum.

47 εἰ καὶ τῆς ὑγρότητος. legam, εἰ καὶ κατὰ τὴν ὑγρο.

alioqui

alioqui legendum, εἰ καὶ τῇ ὑγρότητι ἐλαττ.

48 καὶ ψυχρόν ἐστι. legam & hîc, ψυχρός ἐστι.

49 ἁρμοδιώτατον. legam & hîc, ἁρμοδιώτατος, vel ἁρμοδιωτάτη, vt pôst ἐναντιουμένη. nisi omnia in neutro gen. legere mauis, & ad γλίσχρασμα referre.

52 Lacuna magna & ampla est: quam Lodoicus neglexit, & quasi nihil deesset, cõtinuáque esset oratio, legit: Cum hoc quòd nihil astringat, vel ventriculi euersionem concitet. ☩ & hoc, vt dixi, nõ quoad tactum duntaxat ostendit, sed quoad actionem & potestatem. Nam quo loco ☩ hanc notam vides, extat lacuna quam dixi: quæ sic fortasse non malè explebitur. [ὅσον εἰς ῥῶσιν τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς ἴσχει, τοσοῦτον καὶ ξηραίνει περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. καὶ διὰ τοῦτο ὁ στόμαχος χυμοὺς ἐπιτηδείους εἰς τὸ εὐμετάτρεπτον οὐκ ἔχει. ταύτην δὲ τὴν κακίαν ἐκπέφευγεν ἡ πτισάνη, διὰ τὸ μηδὲν ἄμετρον ἔχειν ἀξιόλογον· ἀλλὰ μήτε ἐν τῷ πέττεσθαι ταραχὴν ἐμποιεῖ. διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν δριμύτητος καὶ τραχύτητος ἢ φυσῶδες. καὶ τοῦτο γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει ἀποτίθεται. ταῦτα γοῦν ἐστι τὰ ἀγαθὰ τῆς πτισάνης, ἃ ἐκ τῆς ἀγαθῆς ἑψήσεως κέκτηται. καὶ ταῦτα κατὰ μικρὸν μὲν ὁ λόγος ἐδίδαξε. οὕτω δὲ παρεσκευασμένη, λεία μέν ἐστιν αὐτῆς τὰ μόρια, καὶ ὁμαλά, καὶ συνεχῆ, καὶ οὕτω ἡνωμένα, ὡς μὴ τὸ μὲν αὐτῆς φαίνεσθαι λεπτόν, τὸ δὲ παχὺ ἢ πάντως ἀνώμαλον.] Hæc quæ vides intersepta [ ] his notis, de meo suppleui: emẽdicata tamẽ & consarcinata cùm ex præcedent. tũ ex

lib.I.acuto. vt si cui placeat, in contextum inferantur, & iis lacunæ expleantur: dum quis meliora.

Pag. Græca Basil. cod. 491. L.1.1. παροῦσαν αὐτῆς. malim αὐτῇ.

3 Οὕτως δ' ἔχουσα.

6 ἐν τοῖς ἐπι.. ἐν vacare putem.

9 οὐδ' τοῖς ξηρο. legam, οὐδ' ἐν τοῖς: huc reuocata dictione ἐν ex superiori linea.

10 Lacunæ his expleri poterunt, si cui fortasse arridere possint: τῆς δόσιος, καὶ τὸ τοῦ νοσοῦντος ἔθος· καὶ προσέτι εἰ ταύτης τὸν χυλὸν μόνον, ἢ καὶ τὴν πτισάνην αὐτὴν διδόναι προσήκει, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, ἢ καὶ οὐδέτερα. Ὁ μὲν οὖν καιρὸς, ὃν διαειστάμενος μέλλεις αὐτὴν διδόναι (οὐ γὰρ αὐτὴν ἄνευ διορισμοῦ προσήκει προσφέρειν) πότε ἐστὶν, ὅταν τὸ σῶμα ὁμαλῶς ἐστὶν διακείμενον, καὶ μὴ τὸ μέρος μὲν τοῦτο θερμότερον, τὸ δὲ ψυχρότερον γίνοιτο. Τοῦτο δὲ κατὰ τοῦτον ἐστὶν καιρὸν, καθ' ὃν ἡ τοῦ νοσήματος ἄνεσίς ἐστι. μετὰ ταύτην γὰρ ἡ σύμπασα τοῦ σώματος θερμότης ὁμαλῶς πρὸς τὰ μόρια διακέχυται. τότε γὰρ οὔτε πλῆθος ἔνεστι, οὔτε τῶν χυμῶν ὑπερπαχύ. Σφαλερὸν γὰρ ἐστὶ, καὶ κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, πολὺ καὶ ἀθρόως πληροῦν. κατὰ βραχὺ οὖν τι προστιθέσθω, καὶ πρὸς τὸ ἔθος παραμετρείσθω. εἰ μὲν γάρ. Hic autem linea 15. legere malo τὸ ἔθος, quàm, vt scriptum est, τὸ εἶδος.

17 ἡ δὲ παραύξησις. vel antiptosis est: vel legendum, τὴν δὲ παραύξησιν καὶ τὴν προσθήκην τοῦ ῥοφ.

18 δεῖται γὰρ τῶν τοιούτων. legam, δεῖται γὰρ τὰ τοιαῦτα τῆς προπο. vt sit, τὰ τοιαῦτα νοσήματα.

21 τοῦ ἔξω δέρματος. Nihil muto. Lodoic.

cute

cute extranea. Politus, externo colore. vt χρώματος legisse videatur.

23 Lacuna explebitur negatione ὐ addita. vt sit: ὐ προσήκει. Politus: minimè conuenit. Lodoicus: propinare non confert.

26 τὴν πόσιν. Sic & Venet. cod. & nihil mutem. Lodoic. potionem. Polit. exhibitionem, vt δόσιν legisse videatur.

27 διὰ τὴν τροφὴν, dist.

30 ἐνδεόντως. Nihil muto. sed fortè ἐνδεῶς rectius.

32 προσαγομένα. legam, -μένη: sicut & pòst pro διδομένα, διδομένη.

34 κάθαρσιν δεομένης, ἢ φλεβοτομίας. dictio δεομένης deesse videtur in vtroque cod.

Eadem linea, μὴ ἐνδεούσης ὀδύνης αἴτιον. legam, τοῦ, τῆς ὀδύνης αἴτιον ὄντος, πλήθους· αἰτία θανάτου.

37 ἐπ' αὐτῆς τῆς πτισάνης ἐπιτεχνεῖσθαι χρή. Hæc duo postrema verba in vtroq. cod. malè omissa esse videntur.

38 ἢ τὰ πλείονα. Rectiùs legi putē, εἶτα πλείονα, licet Polit. verterit: vel succi quiddam vberius. Lodoicus: inde plus quidem succi.

Finis castigationum in librum Græcum Galeni, De ptisana.

IOAN.

IOAN. LALAMANTII Hædui, De ptiſana ſui temporis: Libellus.

Ad Hippocratis & Galeni de eadem materia elucidationem.

PLINIVS lib. XVIII. cap. VII. docens ptiſanæ vſum validiſſimum ſaluberrimúmque eſſe, atque eius cõficiendæ rationem eſſe vulgatam: addit Hippocratem medicinæ ſcientia clariſſimum vnum volumen laudibus eius dicauiſſe. Verùm cùm inter Hippocratis opera, quæ hodie extant, nullum eiuſmodi titulo inſignitum volumen reperiatur: è duobus alterum conijcere licet, vel vt ſcilicet ille interciderit, vel Plinium librum primum de ratione victus acutorum, in quo Hippocrates ptiſanam cõmendat, eo titulo fuiſſe dignatũ. Quòd ſi verè liber aliquis particularis de ptiſana ab ipſo Hippocrate & editus fuiſſet & extaret, fortaſſe vtique & Galeno & mihi de ptiſana poſt eũ dicere nõ fuiſſet opus. Verùm.n. cùm ambos illos for-

fortasse piguerit rem adeò suo tempore vulgatam literis mandare, eóque pauciora vterque de ptisana attulisse videatur, quàm quisquam satis esse putet ad eius rei intelligentiam consequẽdam: visum est mihi, si non illius temporis, at huius nostri conficiendæ ptisanæ rationem exponere, & in compẽdium redigere quæ sparsim ab auctoribus de ea tradita sunt: eáque ad librũ Galeni de eadem materia appingere. Scribebat etiam Io. Manardus Ferrariensis lib. v. Epistolarum, epistola ad R. Episcopum Clomacensem tractatũ peculiarem à Galeno de ptisana editum non per alium adhuc, quàm per se (sic enim loquitur) ad Latinos venisse. Sed eius versionem mihi adhuc videre non licuit, vt certi quid de ea pronunciare possim. Hęc, si in manus meas venisset, fortasse mihi quiescẽdum fuisset. Idem verò eadem epistola legisse se memorat, quomodo ptisana conficienda sit: nunquam tamen laborare potuisse docendo, vt rectè paratam videre potuerit. Certè vir ille bonus pharmacopolas Italos aut verò coquos quibus eius præparandæ onus impo-

nit, inſcitiæ & ruditatis arguere videtur, qui adeò diligenter & terere & colare ptiſanam non noſſent, vt in ea nulla grana diſcreta, vt idem ait, reperirentur, quæ maſticatione indigerent. Profectò in Gallia vel multis ante Manardum annis non pharmacopolæ modò, ſed & mulierculæ quæ ægrotis aſſidere ſolent, læuem adeò & æqualem ptiſanam norant adparare, vt ne in ea quidem quicquam inæqualitatis deprehenderetur: nec hodie tota Gallia domus ferè vlla eſt, quæ paulò ſit honoratior, in qua ſi quis ægrotet, vel hera, vel ancilla, vel coquus ptiſanã ſeu hordeatum parare non norit, læuem adeò, vt maſticatione non ſit opus, ſed ſola ſorbitione. Verùm omiſſis Manardi nugis (quidni enim nugas vocitem quod ſcribit: Hordea potiùs ad brutorum, quàm ad hominum eſcam ſeminari, incurioſius terrenum eligi, natũ à malis herbis non emundari, grana ad ſementem non ſeligi, inuoluptuoſam inſuetámq. ſuo ſeculo & regione eſſe ptiſanam, paucos medicos reperiri qui eã docere poſſint, & cætera id genus) ad Hippocratis & Galeni faciliorem intelligen-

telligentiam de ptiſana, quæ conſequi potuimus, dicemus.

Ptiſana Hippocrati & Galeno eſt, hordei ex aqua in febricitãtiũ aut aliàs acutè ægrotantium alimoniam ad ignẽ facta decoctio, paſſo, melle, aut oleo ſuauior reddita. Sed neque tamen inaudiendum ita venit id quod in ea definitione dicimus: ptiſanam in febricitantium alimoniam parari, vt ea in ſanorũ etiam vſum venire minimè poſſit. Nam τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην μέγα τι δύναται, inquit Hippocrates. i. ſanis etiam ad præcautionem magni momenti eſt. Et ſanè certa de cauſa, quã præuideat medicus, ſanis poteſt exhiberi. Ptiſana quinetiam prædictis autoribus dicitur hordeum ipſum crudum, necdum igni admotum, arte tamen ad decoctionem præparatum: hordeum dico aqua aut præmaceratum, aut reſperſum tantùm, deinde ad ſolem aut etiam in furno exſiccatum: aut verò in ſartagine toſtum aut frixum: tum ad poſtremum in pila lignea lapideáve manibus vel ſparto, vel linteo aſpero, aut re aliqua ſimili tritum, dum acus, glumus, ſeu ambiens cortex decutiatur. Quidam tamẽ

ſine præmaceratione aut vlla aquæ aſperſione hordeum, vt eſt è terra enatum, pila terunt, & vſui reſeruant. De hac ptiſana loquitur Ægineta, quum libro 1. cap. 78. inquit: Ptiſana in hunc modum coquitur. Vni parti eius aquæ partes xv. & olei momētum adiiciuntur: vbi ebullierint, acetum quoque addes: cùm iam exactè fuerit cocta, ſal tenuis ſuperinijcitur: nōnulli porrum & anethum miſcent. Hæc ille.

Nuperrimè tamen & mea memoria in Gallia & ſeri & demeti hordeum cepit à gluma & palea ſeu acere liberum & mundum ita, vt neque præmaceratione neque vllo exſiccationis modo, ſed ne tritura quidem indigeat: vnde &, hordeum mundum vulgus id appellitat: quòd ſcilicet nàtura ſua in ipſa ſpica excorticatum ſit & deglubitum. Credam curioſum aliquem extitiſſe olim, qui cùm hordeum arte, quam dixi modò, præparatum haberet, ſtato tempore terræ mandauerit, vt experiretur taléne enaſceretur quale ſatum fuiſſet, & ita ceſſiſſe, mundúmque è terra erupiſſe: pòſt id genus grano multis cōmunicato, tempore factum

ctum esse vt in Gallia talis hordei magna copia foret. [illegible] his igitur hordeis ita mundis & [illegible] diligentérque repositis & locis perflatilib. asseruatis, necessitatis tempore ptisana cùm lota tum colata præparatur ita.

Huius hordei, siue eius dicò quod arte, siue eius quod natura mundum esse dictum est, pugilli, verbi gratia, tres, quatuor aut plures cùm exigit necessitas, sumuntur: in figlinum vas nouum, aut alioqui bene mundum & intus plũbatum conijciuntur. Id tamen vas pro ratione quantitatis hordei ad vsum necessarij magis aut minus capax esse oportet, & tam capax, vt etiam aquæ affundendæ suus locus esse possit. Aqua affusa vas igni lento ex lignis aridis vel ex carbonibus conflato admouetur: hordeum horas ad minus duodecim coqui sinitur: aqua alia atque alia superaffunditur, dum scilicet hordeum crepet, crepãdo intabescat, intumescere desinat, & tamen aqua consumpta suã crassitiẽ obtineat. Nã tum igni eximit in vsum, loco idoneo & bene mundo in suomet ipso, in quo decoctum est, vase reponitur. Alii delicatioribus

hoc hordeum in vase, vt dicunt, dupli-ci coquendum curant: in cacabum feruenti aqua plenum, figlinum, in quod coquendum hordeum sit coniectum, demittentes, &, vt dictum est, ad crepaturam coqui sinentes, tùm in eadem relinquentes, eámque in triduum reponẽtes. Nam post id tempus aut acescere solet aut marcescere, pręsertim si negligẽtius asseruetur, calida potissimùm aeris constitutione.

Ex hac olla figlina commodo, vt dictum est, loco reposita hordei ita cocti cochlearia duo, tria, quatuor, plura aut pauciora pro corporis nutriendi ratione deprom͠utur, quo tempore cibandi ægri inc͠ubit necessitas. Ea in discum bene tersum & mundum aut stanneum aut argẽteum (nam cęteras materias nihil moror) ind͠utur, adiecta butyri recentis (Orientales butyrĩ loco oleo vtuntur, ob olei in illis locis copiã) vncia vna atque altera: tum disco altero operculantur: igne supposito decoquuntur: ore vel folle ignis excitatur. Vbi bullire incipit, cochleari assiduè agitatur ea hordei quantitas, dum decocta satis esse videatur: tum saccharo ad-

ro addito conditur & ſalis momento refrigerata ęgrotó in cibum exhibetur. Sunt qui id hordeum coquunt in vaſculo ſeu ollula terrea bene munda & plumbata intus, ſupra prunas cochleári ſemper agitando. Alii in patella caudata ex ære albo ſeu fœmineo coquũt, condiunt ſaccharo & ſale, tum deinde ægroto offerũt. Id hordeum Hippocrates & ex Hippocr. Galenus in acutis πτισάνην κριθώδη, πτισάνην παχεῖαν καὶ ἀδιήθητον vocant. Hæc magis mundificat & detergit quàm nutrit, ob corticem, & ad veſcẽdum potiùs, quàm ſorbendum offertur. Hactenus de ptiſana tota craſſa ſeu non colata dictum ſit.

Reſtat vt colatæ præparationem etiam explicemus. Sic autem paratur.

Ex ollula figlina, in qua, vt dictũ eſt, hordeum coctum aſſeruatur, quum cibandus eſt ægrotus, tot quot ſuprà dixi cochlearia tanquam ex penu depromũtur. Ea in mortarium marmoreum aut ex læui aliquo alio lapide induntur: pilo teruntur: tum ad alborem adduntur amygdalæ ad duodecim aqua calente excorticatæ & deglubitæ, tun-

duntur ſimul, affuſa paulatim aquą frigida in qua madet pauca medulla panis albiſſimi, quæ & ipſa tandē in mortarium iniecta vnà cum aliis teritur. Vbi hæc trita ſunt & in lęuorē redacta, & probè vnita, raro albiſſimóque panno laneo (ſtamineam Galli vocāt, coli genus ſcilicet ex villis caprarum in Auernia confectum) vel raro linteo bene mundo in vas ſubiectum percolant: magma quod in colo relictum eſt abijciunt. Quod percolatum eſt, in ollulam bene mundam inditur: alii patellæ caudatæ ex ære albo demandant, lento igne coquunt, indita ſacchari vncia vna aut duabus pro ægrotantis palato, & adhæc ſalis momento. Alij butyri quippiam addunt, ni lubrica eſt aluus: coquunt autem dum inſpiſſari id incipiat: tum in ægroti ſcutellam immittunt, & tepidū ſorbendum offerunt. Alii, vbi alimēto copioſiore eſt op⁹, ſtrobilos, candidiores pulpas capi aut perdicis aut pulli gallinacei vnà cum hordeo terunt: alii ad ſomnū conciliandū ſemina papaueris albi inter coquēdum immittūt. Hoc colatū Hippocr. & Gal. χυλὸν πτισάνης, τὸν χυλὸν δι' ὀθονίου διηθέντα, τὸν

χυλὸν

χυλὸν μόνον vocāt,& κατεφθὸς χυλὸς ab Hippocr.lib.de ſomniis etiam dicitur,quòd is ſuccus ſeu is ptiſanæ cremor etiam nonnullis crudus exhibebatur.

Porrò is cremor ſecundum magis & minus pro ratione morbi coquitur. Nā iis quibus per morbos acutos fauces habent exulceratas, eóque difficilius deglutiunt, adeò parum coquitur, vt potando potiùs ſit quàm comedendo. Imò verò & crudus iis poteſt exhiberi. Hactenus de ptiſana tā lota ſeu nō percolata,quàm de eius cremore ſeu per colata diximus. Reſtat vt de ptiſanę potabilis p̄paratione aliquid etiā dicatur.

Ptiſanæ nomine Galli etiā dignantur id genus potus, qui febricitantibus paratur :cuius tamē nuſquā,quòd ſciā, neque Hippocr.neq.Galenus meminerunt. Hic potus magis quàm ptiſana veſca refrigerat, quòd aquæ largiorem copiam habeat. Hunc potum qui ſimpliciſſimum faciunt, ad hordei integri & bene ab alijs granis ſecreti pugillos duos aquæ libras tres affundunt, coquunt alij minus alij diutius, & ad hordei crepaturam: ad refrigerandum ſcilicet & humectandum, vt in phlegmone pectoris. In ſiti vtuntur

vel per se, vel admisto syrupo morbo conuenienti, vt violaceo, vel capilli veneris, vel alio. Alii ad hordeum & aquam glycyrrhizam, alii etiã pruna Damascena exiccata, passulas, dactylos, à sex ad decem: alii etiam fructus cordiales & flores: alii oxalidem & cætera id genus addunt, prout diuersæ sunt intentiones & scopi.

Verùm enimuerò cùm ptisana tam vesca quàm potulenta ex hordeo & aqua potissimum confletur, videndum vt vtrunque simplex ad compositi bonitatem & præstantiam quàm optimũ eligatur.

Esto igitur hordeum ex quo ptisana cõfici debeat, minimè vetus, sed hornũ aut bimũ, bene maturũ, cœlo sereno ex solo paulò aridiore & salubri anni constitutione collectum. Nam quòd ad fructuum collectionẽ attinet, cuiusmodi sit & cœlum & solum plurimũ refert. Esto etiam flauum, aut ad album vergens, rotundum potiùs quàm oblongum (quanquam & oblongo sua etiam laus est) turgidum, in sese coactum, & compactum, ponderosum & graue: &, si fieri potest, ex eo genere, quod à sex granorum in spica ordinibus

hexa-

hexaſtichon dicitur. Nam id molitum multum farinæ reddere aiunt: eóque præſtantiſſimum eſſe arguunt,&eius vſum frumentis proximum tradit eſſe Columella,hominémque paſcere ſalubriùs quàm malum triticum. Ab hexaſticho diſtichon, à duobus granorum ordinibus in ſpica & tetraſtichon à quatuor,ſecundum & tertium bonitatis locum tenent ad ptiſanæ vtriuſuis confectionem.

Iam aquam etiam in eundem vſum eligi oportere optimam nemo eſt qui neſciat. Optima autem eſto fontana, lympidiſſima, puriſſima,tenuiſſima, & non tam pondere quàm hypochõdriis leuiſſima:quę citò permeet & diſtribuatur in corpus vniuerſum, quæ ventrem non grauet,quæ ſit qualitatis omnis expers,inſipida, quæ citò calefiat & refrigeretur,cuius ſcaturigo ad Orientem vergat:quæ accolis ſalubris ſit: quæ manet à terra quæ reuera terra ſit,non argilloſa, cretoſa, glareoſa, margoſa, ſulphurea,nitroſa,bituminoſa,aluminoſa: ſicuti neque de metallorum fodinis, de lacubus,palude,torrentibus, non è mõtibus niuoſis oriunda, non de ciſternis

impuris hausta, aut etiam puteis. Nam hæ omnes vitiosæ sunt: sicuti & illæ quę statim ab egressu vrbium de fluminib. hauriuntur.

Aqua pluuia laudatur, si sensim & leniter sine vehemẽti aeris perturbatiõe & agitatione, sine fulgetris & tonitruo delabatur: aliàs improbatur.

Laudatur & ea quæ de mõtibus per loca sabulosa, arenosa, per meatus subterraneos decurrit: sicut & quæ per canales seu tubulos ex terra bene cocta & intrinsecus plumbata fictos in vrbes deriuatur. Nam tales tubuli laudabiliores sunt tubulis totis plumbeis, vel illis qui ex alno parantur, quòd aqua fluendó nescio quid de horum qualitate corradat.

Ergo ex hordeo & aqua partibus integrantibus & præcipuis componitur ptisana, tam vesca quàm potabilis. Quas verò vires habeat vtraque facilius assequere, si partium ex quibus componitur naturam seorsim examinaueris. Examinãdo autem comperies hordeum vt generatim quidem sumptum refrigerare & siccare, haberéque etiam quid detersorii & flatuosi:

vt verò particulatim examinatum, cõperies ipſum duabus tunicis & ſua veluti carne & pulpa conſtare. Et exterior quidem cortex, vtpote mage furfuraceus, magis detergit & minus nutrit: pulpa ſeu caro contrà, magis nutrit & parum aut nihil deterget. Media tunica, quę ſcilicet carni eſt proximior, inter prædicta duo ambigit: magis ſcilicet nutrit quàm exterior, minus verò quàm ipſa caro. Exterior, cùm hordeũ in pila teritur, decutitur quidem, ſed non totus: neque enim ita exactè teri poteſt hordeum, vt non pars aliqua externi corticis vnà cum ipſo grano remaneat. Quod ad interiorem attinet, ea ita carni hordei adhæret, vix vt terendo, ſed ne manibus quidem aut linteo aſpero confricando exquiſitè poſſit ſeparari.

Iam aquam conſtat frigidam & humidam eſſe, eóque tum hordeo in actiua qualitate, nempe frigiditate, conuenire: in paſſiua diſcrepare: quòd hoc ſiccum ſit, hæc verò humida. Sed ſiccitas hordei humiditati aquæ moderatur & contrà: aquæ humiditas,

hordei ſiccitati: vt mixtum ex his & cõpoſitum, vtriuſque ratione refrigeret, humectet autem temperatè. Quòd ſi cõtraria contrariorum ſunt remedia, fit vt cum hic ſeu cremor ſeu potus abundè refrigeret & humectet, non alius in morbis acutis & febribus, quæ morbi calidi ſunt & ſicci, ſit magis idoneus.

Monere verò hîc etiam operępretiũ erit, Antiquos ex aliis quoque granis ptiſanam parare ſolitos fuiſſe, vt ex chõdro & zea. Sed quum hordeum ad eius confectionem aliis omnibus granorum generibus ſit præſtantius, & id vulgare ſit ſemen & omnibus nationibus commune, de ptiſana hordei dixiſſe ſuffecerit.

De polenta.

DE polenta ſic habeto. Polenta alia naturalis eſt & artificio carens: alia artificioſa & factitia. Polẽta naturalis eſt, farina hordei, non quidem priùs toſti, ſed ita vt ipſum demeſſum eſt & excuſſũ, moliti: quæ farina iccirco Græcis ὠμὴ λύσις dictionibus duabus vel ὠμήλυσις vnica dictione dicitur. Interpr. conuer-

uertunt farinam hordeaceam simpliciter & sine addito, & crudam etiam polentam: quãquam scribit Plinius lib. 22. cap. 25. polentam à farina hordei differre, quòd torreatur. Camers & Hesychius ambo sic habent: ὠμήλυσις, τὸ κρίθινον ἄλευρον, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατάπλασμα: ὅτι οὐ φρυγανόμενον ἀλήθεται. Camers solus & hoc: ὠμήλυσις (malè enim apud eum scriptum puto ὠμήλεσις) τὰ ἀπὸ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν ἄλφιτά τε καὶ ἄλευρα· τὸ γὰρ ὠμὸν ἄλευρον κυρίως φασὶν, ὠμήλυσις ὀνομάζεται. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ ἄλλως ἄλευρον.

Artificiosa seu factitia polenta est & ipsa quidem hordei farina: sed hordeũ ex quo hæc farina fiat triplici artificio præparari scribit Plinius libri 18. cap. 7. cùm scribit, Græcos perfusum aqua hordeum siccare nocte vna, postero die frigere, deinde molis frãgere. Alios vehementius siccare, rursus exigua aqua aspergere siccaréque priusquã molant. Alios virẽtibus spicis, (&, vt Galen. ait, non præaridis) decussum hordeum recens purgare mundaréque, in pila tundere, tum in corbibus eluere, ac siccatũ in sole rursum tundere & purgatũ molere. Hæc Plin. Hanc verò polentam alii crudam edunt, alii coquunt. Gallis

ignota eſt farinam crudam cuiuſuis grani edendi ratio. Sed eam lacte vaccinô bene dilutam coquunt & pultem efficiunt: atheram ſcilicet Dioſcor. lib. 2. cap.85. quam Germani Moſam, Galli bolliam, Burgundi nostri *Des pouls* vocant. Delicatiores ad lac addunt & vitellos ouorum & butyrum, & nonnulli ſaccharum cum pauco ſale. Sed quòd antiqui cruda polenta vterentur, liquet ex Aetio, qui ità ſcribit: Polenta ex hordeo toſto facta manifeſtè apparet ſiccare, & modicum alimentum corpori præbere. Eadem pota ex vino auſtero Amineo aluum ſiccat. Hæc ille.

Polenta eiuſmodi cum liquore aliquo, vt in ſola aqua, vel ſapa, vel vino dulci aut auſtero, aut etiam melle conſpergitur & ſubigitur, Mazæ appellationem ſumit: & Mazam ἀπὸ τοῦ μάττεσθαι. i. à ſubigendo dictam vult Camers. Μάζα, inquit, καὶ ἄρτος διαφέρουσιν, ὅτι ὁ μὲν ἄρτος πάλαι μεμάλακται· ἡ δὲ μάζα νῦν. Maza, inquit, & panis differunt: quòd panis quidem antè ſubigitur: maza, nunc. Et idē ibidē: Μάζα πᾶσα ἀρτώδης βρῶσις ὑγρῷ τινι μεμιγμένη, omnis cibus de genere panis humido

aliquo

aliquo immixtus & ſubactus. κυρίως δὲ ἡ τροφὴ ἡ ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου, omnis cibus ex lacte & frumento, inquit idem. & Heſych. Μᾶζα, ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ, Maza, farina delibuta & ſubacta aqua & oleo. Athenæus Dipnoſoph. libro 14. cap. 32. ἀπὸ τοῦ μάσσεσθαι, id eſt, à pinſendo & in pila terendo deducit. Nam antiqui ante molarum vſum triticum & alia in pila terebant, farinámque liquore aliquo, vt dictum eſt, ſubactam vel crudam edebant; vel coctam. Memini me & Bononiæ & Ferrariæ vidiſſe polentam, id eſt, farinam è molitis caſtaneis & lupinis publicè proſtantem, & alios hanc, alios illā ſibi comparare, pro ſuo quenque palato, & ex manu crudam etiam publicè vorare: alios eas farinas domum auferre, & ſibi, modo mihi incognito, parare.

De pulte.

SCribit Varro lib. 4. de lingua Latina, qui nūc primus eſt: De victu, an-

tiquiſſima puls eſt, appellata vel quòd ita Græci: vel ab eo, vti ſcribit Apollonius, quòd ita ſonet cùm aqua feruenti inſipitur. Hæc Varro. Sanè puls πολτὸς Græcis dicta, decoctũ eſt ſpiſſius, quod comedendo potius quàm ſorbendo ſit, eóque vice panis eſſe poſſit, vt non ſit mirum eam cibum antiquiſſimum fuiſſe, & ante panis vſum priſcos ea fuiſſe vſos. Fit autem vtplurimum in his noſtris Galliis & Germania ex farina frumentacea aut alia cereali ex lacte potiſſimùm vaccino, ſed & ouillo quoq; & caprino delibuta & cocta ad ſpiſſitudinem & iuſtam craſſitiem: quæ Atherá eſt Dioſcoridi, de qua nos paulò anté.

Fit etiam puls ex tuſis in pila & piſtillo ligneo deglubitis & excorticatis frumento, hordeo, auena, milio, panico, aut etiam ex integra oriza lacti incoctis. Item ex multis fabis, piſis, ciceribus, aut lentibus aqua incoctis & oleo vel butyro & ſale conditis & ad mediocrem conſiſtentiam decoctis: qui agricolarũ & ruſticorum cibus eſt potiùs quàm delicatiorum. Sanè Camers & Heſych. πολτὸν interpretantur τὸ πυανέψιον ἕψημα, pultem fabalem vertit Athenæi interpres

pres li.14.c.19. per quã intelligere licet omniũ generum ſemina paſſo incocta. Cęterùm locus à me paulò antè ex Varro.pręcitatus, ita vt ſcriptus eſt, legẽdus venit, licet cod. varient. Nam Lugdunenſis Gryphij codex, anno 1563 excuſus habet: cum aqua feruenti aſpergitur. Parmæ excuſus 1480. Inſpicitur: Pariſiẽſis à Io. Paruo cuſus ſine die & cõſule, habet: inſipitur. quæ recta locutio eſt: quanuis Turnebus lib 22. Aduerſariorum capite 2. legat: quum aquæ feruenti inſipitur. & Feſtum citans, ſcribit: eum inſipire interpretari, farinam pulti iniicere: quum tamen in meo Feſto tantùm legatur inſipare, iniicere: vt incertum ſit vtrum apud Varronẽ inſipitur an inſipatur legere oporteat. Quòd ſi Feſtus meus Pomp. hac parte mancus eſt, & illa quæ Turneb. habet addenda ſunt: legam potiùs frigidam pulti iniicere, quàm farinam. Eſt enim ſenſus: Quod puls per onomatopœiam dicitur à ſono, quẽ dum coquitur igne luculẽto edit. Nam pou, pou, pou, quaſis puls, puls, puls facit: potiſſimùm dum frigida inſipitur, iniicitur, immittitur & affunditur: nõ farina quæ

nusquam addi solet. vt illud aqua no-
minandi casu dicatur, non cum adie-
ctiuo feruenti iungatur. est enim:cùm
aqua frigida pulti feruenti insipitur, eũ
sonum facit, abs quo ipsa puls est nomi-
nata. In hunc locum impegerunt tum
alii, tum etiam Ioseph. Scaliger in suis
in M. Varronem coniectaneis. Se[illegible]
ceptui cano: quòd me hîc com-
modùm deficiat candela. Va-
leat lector, & boni
consulat.

* *
*

FINIS.